Biblioteca de Galicia

Biblioteca de Galicia

50 P
M. 2221
C2-4-5

Biblioteca de Galicia

Biblioteca de Galicia

Biblioteca de Galicia

Biblioteca de Galicia

2

MICHAELIS TIMOTHEI GATEENSIS, V. I. D.

In Diuinum Officium, TRECENTVM QVAESTIONES. IN DECEM TRACTATVS

partitæ; vt in ſequenti pagina videtur.

Cum Priuilegijs.

VENETIIS, M D LXXXI.

Apud Franciſcum Zilettum.

Biblioteca de Galicia

SVMMMA ET ORDO CONtentorum in hoc libello decem Tractatibus distincto.

TRACTATVS PRIMVS.
De Diuino Officio, & horis Canonicis in genere.
TRACTATVS SECVNDVS.
De Matutino, & eius sequelis.
TRACTATVS TERTIVS.
De aliquibus mysteriis diuini officij Aduentus, Septuagesimæ, Quadragesimæ, & Paschatis inclusiuè.
TRACTATVS QVARTVS.
De Prima Hora.
TRACTATVS QVINTVS.
De Hora Tertia.
TRACTATVS SEXTVS.
De Hora Sexta.
TRACTATVS SEPTIMVS.
De Hora Nona.
TRACTATVS OCTAVVS.
De Hora vespertina.
TRACTATVS NONVS.
De Completorio.
TRACTATVS DECIMVS.
De Sanctorum Festiuitatibus, Mortuorumq; officio, psalmis gradualibus, atque etiam pœnitentialibus.

Biblioteca de Galicia

ADMODVM ILLVS· DOMINO HIERONYMO MAPHEO I. V. D. AC DIGNISSIMO E. S. MARIAE DE GLAREA Veronen. Præposito.

MICHAEL TIMOTHEVS S. D.

NON multis ab hinc diebus, amplissime Præsul; ad me religiosi quidam viri, multis profectò virtutibus ornati, accesserunt, ea nimirum intentione, ac animo, vt templũ viserent S. Martinæ; cum quibus magna mihi fuit amicitia iam inde à studijs nostris; ac nunc sanè maxima necessitudo intercedit: qui post-

Biblioteca de Galicia

quàm paululum in eo moræ habuerunt, ac illud lustrarunt omne, de origine eius, ac consecratione, necnon & de vita Virginis, & martyris prædictæ multa, obiterq; etiam de die eius festi colloquentes, in sermonem venerunt eius officij: & præsertim qua ad eius celebrationem in officio vteretur oratione, percunctati sunt. Postmodum hanc de diuino officio nacti occasionem, verba multa de ipso fecimus. In quo, cùm plurima inueniremus mysteria, quæ enodatione egere videbantur; ipsi me, vt hunc subirem laborem, rogauerunt, ut aliquod compendium diuini officij ex ijs, quæ de huiusmodi mysterijs aliqua Concilia, Pontifices, necnon & Durandus, Rupertusq;, ac Iudocus, Ioannesq; Cassianus referunt,

Biblioteca de Galicia

runt, conficere vellem; quod tanquam illius Rationalis Aronis ſacerdotis doctrinam, iudicij, & veritatem habentis memoriale, portari commodè in ſinu poßit. At ego diutius (fateor) hanc detrectaui ſubire prouinciam: cùm alijs occupatus eſſem grauioribus ſtudijs. Verùm ipſi non deſtiterunt obnixius me continuis quatere efflagitationibus, & ſancta improbitate importunis petitionibus, donec euictum me in tuam pepuliſſent ſententiam: Conteſtantes id ipſum ad me congruenter attinere, qui & Hymnos Eccleſiaſticos iam etiam elucidaßem. Itaque eorum victus importunitate, ac potius illa animi eorum eximia ſinceritate, qua non propriæ vtilitatis, ſed publicæ tantùm rationem habentes, hæc fieri

Biblioteca de Galicia

expetierunt: connixus ſum pro viribus elucubrare ſucceſſiuo ſtudio hoc, quod tantopere efflagitarunt, opus: non quidem quantum expoſcit ipſa rei dignitas, ſed quantum valet tenuis mea facultas: perſuaſum habens ſingularem eorum, & omnium, hoc opuſculum legentium, beneuolẽtiam, id, quod minus ſufficienter, aut plenè diſcuſſum eſt in hoc opere, aut non ſatis recluſum, excuſaturam. Quare cùm tu, Illuſtris Adoleſcens, inter eos, quibus deuinctus ſum, primus ſis, incredibiliq; in me ſemper fueris beneficentia, qua ob ſuſcepta à te cumulatiſſimè munera, vſque adeò tibi obſtrictus ſum; vt ne minimam quidem illorum partem digna compenſatione æquare poſſem: ideò (ne ob hanc tuorum in me meritorum inæſtima-

Biblioteca de Galicia

ſtimabilem magnitudinẽ, nulla prorſus referatur gratia, quibus certè debetur quàm maxima) hanc meam qualemcunq; elucubrationem, meæ erga te obſeruantiæ teſtem, tibi dedico, nuncupo, atque mitto: quò tua ampliſſima authoritate in lucem edatur, atque à detractoribus, ſi qui fuerint, protegatur. Vale.

Biblioteca de Galicia

Concilia & Doctores ex quibus deprompta sunt hæ quæstiones.

Agathen. Concil. 1.
Aurelianen. Concil. 2.
Basilien. Concil. 3.
Gerunden. Concil. 4.
Lugdunen. Concil. 5.
Palestinnm Concil. 6.
Toletanum. 4. Concil. 7.
Tridentin. Concil. 8.

Abbas Panor. 1.
Alber. de Ros. 2.
Ambrosius Episc. 3.
Anastasius Papa. 4.
Archidiaconus Florentinus. 5.
Augustinus Episc. 6.
Damasus Papa. 7.
Diuinus Thomas Aqui.
Dionysius Carthus. 9.
Gelasius Papa. 10.
Gratianus 11.
Gregorius Papa 12.
Guliel. Duran. 13.
Iacobus de Valentia. 14.
Iudocus Chlictoue. 15.
Ioannes Cassianus. 16.
Leo Papa. 17.
Nicolaus de Ploue. 18.
Platina de Vit. Pont. 19.
Romanus Catechis. 20.
Rupertus Abbas. 21.

Biblioteca de Galicia

INDEX QVARVNDAM IN DIVINVM OFFICIVM

Quæſtionum in hoc libello contentarum, ſecundum ordinem literarum alphabeti ſumptus, à quibus ſuum ſumunt exordium.

A

ABEL cantauit pſalmum: Beatus vir qui non eſt &c. Quæſt. 29. trac. 2. fol. 22. b
Abſolutio, ſeu preces poſt orationem dominicam, & ante lectiones, quid denotent. q. 35. tract. 2. fol. 25. a
Adonai quid. q. 21. tract. 3. 55. b
Aduentus Domini quot hominum genera ſaluauit. q. 3. tract. 3. 49. b
Aduentus Domini quotuplex eſt. ibid.
Alleluia cur iteretur in ſabbato ante ſeptuageſimam. q. 39. trac. 3. 61. b
Alleluia cur intermittimus à ſeptuageſima, vſque ad cænam Domini. q. 4. trac. 3. 50. b
Alleluia, & laus tibi Domine an æquipolleant. q. 47. tract. 3. 65. b
Alleluia cur ſic frequentetur in Pentecoſte. q. 121. trac. 3. 93. a

Alphabe-

Biblioteca de Galicia

INDEX

Alphabetum Hebraicum, cur inſeratur in lamentationibus. queſt.70.trac.3.fol.75.a
Alphabeti prædicti interpretatio. q. 71. 72. 73. 74. 75.76.77.trac.3.fol.75.b.76.& 77.
Alter alterum iuuare debet. q. 8.trac.3.fol.51.b
Angelorũ feſtum cur facit Eccleſia. q. 13. tract.10. fol.135.b
Amen quid importet. q.60.trac.2.37.b
Antiphonas canendi ritum quis induxit. q.23.tract. 2.20.b.
Antiphona quid ſit. q.21.tract.2.20.a
Antiphona cur poſt hymnum ſequatur.q.21.tracta. 2.fol.eod.
Antiphona quid ſignificet. ibidem.
Antiphona poſt Benedictus quid deſignet.q.66.tra. 2.39.b
Antiphonę Aduentus ut quid terminentur per alleluia.q.2.trac.3.49.b
Antiphonæ laudum mat.aduentus Domini ex quib. deſumptæ ſint authoritatibus. q.7.trac.3.51.a
Antiphonæ prædictarum declaratio. ibid.
Antiphonæ cur ab vno inchoantur, & finiantur à pluribus. q.8.trac.3.51.b
Antiphonæ ſeptem ante natiuitatem Domini quid indicent. q.9.tract.3.52.a
Antiphonæ ſupradictæ cur non ſint plures, neq; pauciores quàm ſeptem. q.10.trac.3.53.a
Antiphonis prædictis quid nobis innuitur. q. 11. trac.3.53.a
Antiphonæ illæ p̃dictę ſeptẽ quid nobis boni afferãt, & à quo morbo nos ex illis iuuari deſideremus. q. 12.13.14.15.16.& 17.trac.3.53.b. & 54
Antiphonæ prædictæ cur omnes incipiant per O.q. 18.tract.

Biblioteca de Galicia

18. trac.3.fol.55.a
Antiphonæ præmemoratæ cur sic in vesperis cantentur. q. 19.trac.3.fol.55.a
Antiphonarum supradictarum declaratio. q. 20.21. 22.23.& 24.trac.3.fol.55.b.& 56
Antiphonis primi, & secundi nocturni Natiuitatis Domini,cur non addimus alleluia, sicut addimus antiphonis tertij nocturni. quæst.31.32.tract.3. fol.59.a
Antiphonæ in Pentecoste, cur terminentur per duplex alleluia. q. 121.trac.3.fol.93.a
Apostoli cantauerunt psalmum Cæli enarrant. q.47. trac.2.31.a
Aqua benedicta quid,quidq; thus cadauerib. prosit. q.23.trac.10.140.b
Arma quibus debellamus hostem nostrum, quæ sint. q.5.trac.1.3.b
Arca Noe Ecclesiam designat. q.56.trac.2.35.a
Ascensio, assumptio, & euolatio differunt. q.1.18. trac.3.9.b.& 19.a
Ascensio Domini habet multa consideranda.q.1.19. trac.3.eod.
Athanasij symbolum cur dicatur. q. 3.trac.4.101.a
Author huius operis nihil sui dicere in hoc opusculo intendit. q. 5. trac. 5.111.b

B

BEatæ Mariæ Virginis officium ut quid à tempore passionis Domini vsque ad Octauam Pentecostes omittamus. q.87.trac.3.80.a
Benedictionem petens ante lectiones quamobrem dicat, Dõne,magis quàm Domine.q.36.tr.2.25.a

Bene-

Biblioteca de Galicia

Benedictionis petitio quid ſibi velit. q. 37. tracta. 2. fol. 25. b
Benedicamus Domino poſt orationē quid inſinuet. q.68.trac. 2.fol.40.a
Benedicamus Domino cur potius à Pueris,quàm ab alijs ſæpenumero dicatur. q. 68. trac.2.fol.eod.
Benedicamus Domino in hora prima poſt preces, & alia multa cur dicantur. q.18.trac.4.fol.107.b.

C

CAndelę cur in fine officij paſsionis domini extinguantur. q.79.trac.3.77.b
Candelæ prędictę cur non omnes extinguantur . q. 79.trac.3.eod.
Candela quæ eſt in medio aliarum,cur non extinguatur, ſed potius occultetur. q. 80. trac.3.78.a
Canere nihil debemus,quod canonizatum non ſit ab Eccleſia. q.1.trac.1.fol.1.b
Canticum trium puerorum habet tres partes. q.54. trac.2.34.b
Canticum prędictum cur in Dominicis, & in feſtis, non autem in ferijs cantetur. q.55.trac.2.35.a
Canticum Zacharię poſt verſum laudum,cur ſuccinamus. q.64.trac.2.39.a
Canticum prędictum cur omittatur in feriali officio & alia huius loco cantica cantemus. q. 65.trac.2. 39. b
Candela, quę vltimo extinguitur cur omnibus alijs ſit maior. q.81.trac.3.78.b
Canticum trium Puerorum,cur omittatur in feriali officio,& alia eius loco cantica cantemus. q. 76. trac.2.43.b

Can-

Biblioteca de Galicia

INDEX

Canticum Simeonis cur in Completorio dicamus. quæst.12.tract.9.fol.128.b
Cantica Euangelica cur solummodo in laudibus, Vesperis,& Cõpletorio dicantur.quæst.13.tract. 9.fol.eod.
Capitulum Primæ quid signet. quæst.6.tract.4.fol. 102.b
Capitulum in Tertia cur dicamus.quęs.4.trac.5.fo. 111.a
Capitulum in Laudibus quid signet.q.59.trac.2.fo. 37. b
Capitulum cur non dicitur ad Primam in Paschate q. 103.tract.3.fol.85.b
Charitas omnia communia esse facit.q.1.tra.10.fo. 131.a
Christus in medio noctis natus est. q. 3. trac.2.fol. 10. a
Christianę religionis status quot. q.51.tra.3.fo.67.a
Clauis Dauid quid. q. 23.trac.3.fol.56.a
Commemorationes consuetæ cur à sabbatho ante Dominicam passionis,vsque ad octauam Pentest. non fiant. q.63.trac.3.fol.72.b
Completorium cur institutum. q. 123. trac.9.fol. 124.a.& 125
Completorium ut quid incipiat præter morẽ aliorũ officiorum,aliarum horarum.q.4.tra.9.fol.126.a
Cõfessionem in hora prima, & in completorio quare facimus. q. 15.trac.9.fol.129
Conuersionem Pauli cur potius quàm aliorum celebremus. q.10.trac.10.fol.135.b
Corporis Christi festum, ut quid post Trinitatem celebremus singulis annis.q.127.trac.3.fol.95.b
Credo, cur in prima ad preces secreto dicatur.q.14.

tract.

Biblioteca de Galicia

trac.4.fol.105.a.
Crux,& area reliquiarum cur in processionibus portentur. quæst. 114. trac.3.fol.89.b
Cur signo Crucis nos munimus,cùm dicimus Deus in adiutorium meum intende. quæst.11.tracta.2. fol.15.b

D

DEO exultare, & iubilare debemus quam ob causam. q.14.trac.2.fol.17.a
Deo gratias cur dicamus post Tu autem Domine miserere nobis. q. 14.trac.2.fol.eod.
Deo gratias quid denotet. q. 69.trac.2.fol.40.a
Deus nihil nos vult habere, quod per manus Virginis Mariæ non transeat. q.7.trac.2.fol.12.b
Deus in adiutorium meum intende,cur dicatur post Domine labia mea aperies. q. 10.trac.2.fol.14.a
Deus in adiutorium meum intende dicto, cur subiungamus Gloria patri. q. 12.trac.2.fol.16.a
Deus in adiutorium meum intende,vt quid ter dicatur in hora prima. q.19.trac.4.fol. 08.a
Deus in adiutorium meum intende,in hora Completorij post Conuerte Nos Deus noster,ut quid dicamus. q.5.trac.9.fol.126.b
Decimæ soluuntur etiam de tempore. q. 53.trac.3. 67. b
Dies Dominici, & festiui recolunt resurrectionem sanctorum. q.84.trac.2.42.a
Dies feriales quid recolant. ibidem.
Diluuium, baptismum signat. q.56.trac.2.fol.35.a
Doctrina Euangelij in quatuor mundi partes peruenit.q.6.trac.1.fol.4.a

Domi-

Biblioteca de Galicia

Dominus regnauit. q.74.trac.2.fol.42.a
Dominus Vobiſcum poſt preces ad Primã, ad quid ſubſequatur. q.17.trac.4.fol.107.a
Dominica in Albis cur ſic appelletur.quæ.106.trac. 3.fol.86.b

E

ECcleſia ſe liberalem pęnitentibus exhibet. q.16. trac.2.fol.18.a
Eccleſia nunquam claudit gremium redeuntibus. quæſtione eadem.
Emanuel quid. q.24.trac.3.fol.56.b
Epiſtolæ Pauli ut quid legantur per Natiuitatẽ Domini. q.34. trac.3.fol.59.b
Euangelij prædicatio in quatuor mundi partes peruenit. q.6.trac.1.fol.4.a
Euangeliũ Chriſti cur in tertio nocturno legamus. q.48.trac.2.fol.31.b
Euangelium ut quid ſtando cantemus. q.65.trac.3. fol.73.b

F

FEriæ ſextæ, hoc eſt paraſceues priuilegia. q.91. trac.3.fol.81.a
Feſtum Sanctæ Trinitatis poſt Penteco. celebratur. q.124.trac.3.fol.94.a
Feſtum ſanctorũ quibus de cauſis eccleſia celebret. q.1.trac.10.fol.131.a
Feſtiuitates quæ per annum celebrantur. q.4.tract. 10.fol.132.b
Feſta ſanctorum qui cum Chriſto ſurrexerunt,cur

non

Biblioteca de Galicia

non celebremus. quæst. 5. trac. 10. fol. 133. a
Festa quatuor M.V. adiuncta sunt & cur. q. 8. tract. 10. fol. 134. b
Festa Petri Apostoli quatuor in anno celebrantur. quæst. 9. tract. 10. fol. 135. a
Festum omnium sanctorum cur fuerit institutum. q. 12. trac. 10. fol. 136. b
Festum Angelorum vnde originem sumpsit. q. 14. trac. 10. fol. 137. a
Frangor, & strepitus qui fit in fine officij passionis Domini, quid signet. q. 86. trac. 3. fol. 79. b

G

Gloria patri, cur succlamemus Deus in adiutoriũ meum intende. q. 12. trac. 2. fol. 16. a
Gloria patri cur dicatur finitis uersibus vltimi respõsorij lectionum. q. 44. trac. 2. fol. 29. b
Gloria patri cur ad singulos psalmos succinimus. q. 45. trac. 2. fol. 30. a
Gloria patri cur non dicatur in fine cantici trium puerorum. q. 54. trac. 2. fol. 34. b
Gloria patri cur taceatur in hymnis, & psalmis Passionis Domini. q. 60. trac. 3. fol. 71. b
Gloria patri cur omninò supprimatur in triduo ante Pascha. q. 61. trac. 3. fol. 72. a
Gloria patri, post Deus in adiutoriũ meũ intende, in hora Cõpletorij, quare dicamus. q. 6. tra. 9. 126. b

H

Halleluia cur post Deus in adiutorium meum intẽde, & post gloria patri &c. succlamemus. quæst. 23. trac. 2. fol. 16. b

Halleluia

Biblioteca de Galicia

Halleluia quid ſignificat. quæſt. 13. trac.2.fol.eod.
Hæc dies, quam fecit Dominus cur ſeptem Paſchatis dies dicatur. quæſt.105.trac.3.fol.86.a
Homo quanto eſt cæteris ſapientia ornatior, tanto proprius acceſsit ad Deum. q. 1.trac.1.fol.1.b
Homo habet eſſe cum multis.q.119.trac.3.fo.91.b
Horæ Canonicæ cur non plures, neq; pauciores ab Eccleſia, quàm ſeptem adiunctæ ſint ad Dandum Deo laudes. q.6.trac.1.fol.4.a
Horæ Canonicæ qualiter extra Chorum dicendæ ſint. q.10.trac.1.fol.6.b
Hora prima ut quid inſtituta,ordinatàue ſit.q.1.tra. 3.fol.49.a
Hora tertia cur laudes Deo exoluere debemus.q.2. trac.5.fol.109.a
Hora tertia cur non dicatur ſecunda,cur primam ſequatur horam. q.3.trac.5.fol.110.b
Hora ſexta ad quid inſtituta. q.2.trac.6.fol.112.b
Hora nona vt quid Deo laudes demus. q.5.tract.6. fol.114.b
Hoſtem noſtrum quibus armis ſuperare poſſumus. q.5.trac.1.fol.3.b
Hymni cur poſt inuitatorium concinnuntur. q.13. trac.2.fol.16.b
Hymnus quid ſit. q.18.trac.2.fol.19.a
Hymni cur ſtando canuntur. q.19.trac.2.fol.eod.
Hymni propter quod Pſalmos præcedunt. q.21.tra. 2.fol.20.a
Hymnus Euangelicam indicat lætitiam. q. 62.tract. 2.fol.38.b
Hymnus Vexilla Regis ut quid cantetur tempore paſsionis Domini. q.56.trac.2.fol.35.a
Hymnus in feria quinta cœnæ Domini cur non di-

Biblioteca de Galicia

catur. quæst.65.tract.3.fol.73.b
Hymni sabbatho sancto exclusiuè cur non dicantur. quæst.94.trac.3.fol.82.b
Hymnus primæ horę cur inuariabilis sit. quæst. 2. trac.4.fol.100.b
Hymnus ad Vesperas post Capitulum quid. quęs.8. trac.8.fol.121.b
Hymnum in Cōpletorio cur post ponamus psalmos. q.10.trac.9.fol.128.a
Hymnus Completorij cur inuariabilis.q.11.trac.9. fol. eod.
Hyerusalem cur bis dicamus in fine lectionum passionis Domini. q.67.trac.3.fol.74.a
Homelia quid sit. q.44.trac.2.fol.29.b

I

IOannis Baptistæ cur duplex festum celebremus. q.11.trac.10.fol. 136.
Intentio, Attentione, quæ requiratur in exoluendis horis Canonicis. q.9.trac.3.fol.5.a
Inuitatorium cur cantetur post nonnulla prædicta. q.14.trac.2.fol.17.a
Inuitatorium cur alta voce dicatur.q.15.trac.2.fol. 17. b
Inuitatoriū cur repetatur ad aliquos psalmi versus. q.16.trac.2.fol.18.a
Inuitatorium natiuitatis Domini vnde sumptū sit. q.25.trac.3.fol.57.a
Inuitatoriū natiuitatis Domini quid nobis recolat. q.26.trac.3.fol.eod.
Inuitatorium natiuitatis Domini quid significet. q. 28.tract.3.fol.58.a

Inuita-

Biblioteca de Galicia

Inuitatorium cur non dicatur in Epiphania Domini. q.35.trac.3.fol.60.a
Inuitatorium cur non dicatur in quinta feria cęnæ Domini. quæst.64.trac.3.fol.73.a
Iube Domne benedicere cur non dicamus ante lectiones Paſsionis Domini. quæst.66.trac.3.73.b
Iubilei interpretatio. quæst.50.trac.3.fol.66.b

L

LAmpadarum,& luminarium extinctio tempore paſsionis Domini quid denotet.quæst. 83.tra. 3.fol.79.a
Laus tibi Domine cur poſt Deus in adiutoriũ meũ intẽde, & poſt Gloria patri ſuccinamus.q.13.tra. 2.fol.16.b
Laus tibi Domine, & alleluia an æquipolleant.q.42. trac.3. fol.63.a
Laudes matutinæ qua hora canendæ ſint.q.51.trac. 2.fol.32.b
Laudes matutinæ quo conſilio inductæ ſint.ibidem.
Laudes vnde dictæ. q.52.trac.2.fol.33.a
Laudes Matutinæ Veſperæ, & Completorium differunt ab alijs horis. q. 62.trac.2.fol.38.b
Lectiones doctrinam deſignant. quęſt. 32. tract.2. fol.24.a
Lectiones quænam legantur per æſtatem.quęſt.38. trac.2.fol.25.b
Lectiones quas legere debemus tempore hyemis. q.39.trac.2.fol.26.b
Lectione finita,cur dicamus Tu autem Domine miſerere nobis. q.40.trac.2.fol.28.a
Lectiones ſanctorum cur poſt ſecundum noctur-

Biblioteca de Galicia

num recitemus. quæst. 46. tract.2.fol.30.b
Lectiones tres vniuſcuiusq; ferialis nocturni quid indicent. quæst.33.trac.2.fol.24.b
Lectiones Hyeremiæ cur legantur in paſsione Domini. q.62.trac.3.fol.72.a
Libri Regum cur poſt octauam Penteſt. legantur. q.125.trac.3.fol.95.a
Liber Geneſis cur in ſeptuageſima legatur.quęſ.46. trac.3.fol.65.a
Liber prædictus in quibus nos inſtruat. ibid.
Litania quid ſit. q.108.trac.3.fol.87.a
Litania cur græco denominetur vocabulo. q. 109. trac.9.fol.87.b
Litania quotuplex ſit. q. 110.trac.3.fol.88.a
Litania minor quando fiat. q.111.trac.3.fol.eod.
Litania maior quando fiat. q. 112.trac.3.fol.88.b
Litaniæ cur cruces nigræ appellentur. q.113.trac.3. fol.89.b
Litaniæ per quas alias cauſas fiant.q.117.trac.3.fol. 90.b

M

MAgnificat anima mea Dominum ut quid ſtãdo cantetur. q.65.trac.2.fol.39.b
Magnificat anima mea Dominum cur frequentetur in omnibus Veſperis. q. 9. trac.8.fol.122.a
Magnificat cur cantetur in ſexta laude. q. 10.trac.8. fol.123.a
Matutinum vnde dicatur. q.1.trac.1.fol.9.b
Matutini officij nomine quid intelligatur. q. 2.trac. 2.fol.9.b
Matutinum olim quo tempore celebratur.q.3.trac. 2.fol.10.a

Matu-

Biblioteca de Galicia

Matutinum qua hora nostris temporibus dicatur. q.4.trac.2.fol.11.a
Matutinum cur inchoetur per Domine labia mea aperies. q.9.trac.2.fol.13.b
Manus Domini non est abbreuiata. q.1.tra.10.fol. 131.a
Mortuorum officium cur tempore passionis Domini, vsque ad Octauam Pentecost. non dicamus. q.88.trac.3.fol.80.b
Mortui an dispendium sentiant ob id quod tempore passionis Domini eorum officium non dicitur. q.89.trac.3.fol.eod.
Mortuorum officium cur non habeat secundas vesperas. q.11.trac.8.fol.123.a
Mortuorum officium cur institutum.q.15.trac.10. fol.137.b
Mortuorum officium cur non admittit Domine labia mea aperies. q.18. trac.10.fol.138.b
Mortuorum officium cur non admittit Deus in adiutorium meum intende,Benedicamus Domino & Gloria patri.q.eadem.& tract.eodem.fol.
Mortui an sciant suffragia quæ pro ipsis fiunt. q. 2. trac.10.fol.132.a
Mortuorum anniuersarium si contigerit celebrari in Dominica,quid faciundũ.q.22.trac.10.fol.140.a

N

NOctis Vigiliæ quæ, & quid misticè signent. q. 2.trac.2.fol.9.b
Nocturnum secundum Dominicæ cur constet ex tribus psalmis. q.45.trac.2.fol.30.a
Nocturnum tertiũ Dominicæ propter quid sit triũ

Biblioteca de Galicia

psalmorum. quęst.4.trac.2.fol.11.a
Nocturni tres natiuitatis quid nobis innuant. quęst. 30.trac.3.fol.58.b
Numerus septenus summam habet perfectionem. quæst.6.trac.1.fol.4.a

O

OBsecrationes,petitiones, & postulationes cur nõ fiãt ad primã in Paschate.q.101.tr.3.85.a
Officium Diuinum ,& Ecclesiasticum â quo institutum,ordinatumue fuerit. q.1.trac.1.fol.1.a
Officium Ecclesiasticum cur institutum. q.2.trac.1. fol.2.a
Officium quid sit. q.3.trac.1.fol.2.b
Officium vnde dicatur. ibid.
Officij Ecclesiastici appellatione quid ueniat. q. 4. trac.1.fol.3.a
Officium dicere volens quam intentionem habere debeat. q.9.trac.1.fol.5.a
Officij matutini appellatione quæ intelligãtur. q. 2. trac.2.fol.9.b
Officium feriale propter quid admittat duodecim psalmos. q.70.trac.2.fol.40.b
Officium feriale, ut quid interiecta antiphona binos admittat psalmos. q. 71.trac.2.fol.41.a
Officium Vigiliæ Natiuitatis Domini quid moneat. q.27.trac.3.fol.57.b
Officium Septuagesimæ quid nobis signet.quęs.45. trac.2.fol.30.a
Officium Passionis Domini cur Ecclesia incipiat illud in Dominica quinta Quadragesimę.q.55.tra. 3.fol.69.b

Ofifcium

Biblioteca de Galicia

Officium aſcenſionis Domini multa habet conſideranda. quæſt.109.trac.3.fol.87.b
Officium totum Pẽtecoſt.quid indicet. quęſt.123. trac.3.fol.94.a
Officium Mortuorum vnde ſumpſit exordium.quę. 15.trac.10.fol.38.a
Officium Mortuorum vnde incipiat. q.17.trac.10. foi.eod.
Officium Beatæ Mariæ Virginis. q.24. trac. 10.fol, 140. b
Omnis ſapientia à Domino Deo eſt. quęſ. 1.trac.1. fol.1.b
Omnis creatura hominem deſignat. q. 160. trac.3. fol.87.b
Orandi modus. q.19.trac.2.fol.19.a
Oramus ſtantes in Pentecoſt.& cur. q. 121. trac.3. fol.93.a
Oratio Dominica cur in matutinis,& alijs horis prę mittatur. q.5.trac.2.fol.11.b
Oratio Dominica cur ante omnes horas,præterquã in Completorio,ſecreto dicatur.q.6.tra.2.fol.eo.
Oratio Dominica cur poſt verſum ſecreto dicatur, q.32.trac.2.fol.24.a
Oratio Dominica cur ante lectiones à nobis dicatur. q.32.trac.2.fol.24.b
Orationis Dominicæ pars vltima cur petenter concludatur. q.34.trac.2.fol.eod.
Oratio poſt omnia quid inſinuet. q. 67.tracta.2.fol. 40.a
Orationis Dominicæ principium & finis cur alte pronuntietur in hora prima. q. 12. tracta.4.fol. 104.b
. . . . . q.13.trac.4.fol.eod.

Biblioteca de Galicia

Octauæ ſanctorum, ut quid celebrentur. quæſt. 6. trac.10.fol.134.a
Octauis cur careat purificatio Beatę Marię virginis. q.7.trac.10.fol.eod.

P

PAraſceue quid. q.90.trac.3.fol.81.a
Paſchale tempus quid ſignificet.q.95.tract.3. fol.83.a
Paſcha quid,& unde dicatur. q.96.trac.3.fol.eod.
Paſcha cur potius gręcè,quàm hebraicè nominetur. q.98.trac.3.fol.84.a
Paſcha cur ſemper in Dominica celebratur. q. 99. trac.3.fol.eod.
Paſchatis tempore,cur tres lectiones, tres antiphonę,tres pſalmi cantentur.q . 110.trac.3.fol.88.a
Paſchatis ſeptimana quid ſignet. q. 104. trac. 3.fol. 86.a
Paſsio Domini cur duabus hebdomadis recolatur ante Paſcha. q.53.trac.3.fol.67.b
Pater noſter cur ante alia in matutino, & alijs horis prę̃mittatur. q.5.trac.2.fol.11.b
Pater noſter cur ante omnes horas, prę̃ter quàm in Completorio ſecreto dicatur.q.6.trac.2.fol.12.b
Pater noſter poſt Chyrieleiſon in prima cur dicamus. q.10.trac.4. fol.104.a
Pater noſter cur dicatur demiſſa voce poſt Chyrieiſon in prima. q.11.trac.4. fol.eod.
Pater noſter poſt orationem officij paſsionis Domini cur ſub ſilentio dicatur. q. 85.trac.3.fol.79.b
Pentecoſtes vnde dicatur. q. 120.trac.3.fol.93.a
Preces cur non dicantur ad primã in Paſcate.q.102. trac.3.fo 85.b

Preces

Biblioteca de Galicia

Preces in prima cur dicamus. q.8.tract.4.fol.103.a
preces in prima cur genibus flexis dicantur. quæst. 15.trac.4.fol.106.a
Preces prædictæ ut quid non dicantur tempore paschali; neq; ad primam neque ad alias sequentes horas, neq; in Pentecoste,neq; in diebus sanctorum festiuis. quęst.16.trac.4.fol.106.b
Psalmi quid designent. q.21.trac.2.fol.20.a
Psalmi cur hymnis,& antiphonis supponantur.quę. 24.trac.2.fol.21.a
Psalmi quot dicantur in Dominica ad Matutinum. q.25.trac.2.fol.eod.
Psalmi duodecim primi nocturni,quid nobis innuāt. q.26.trac.2.fol.21.b
Psalmorum duodenarius,cur secetur in tres partes. q.27.trac.2.fol.22.a
Psalmi primi nocturni,Dominicæ cur quaterni recitentur. q.29.trac.2.fol.22.b
Psalmos quinque cur in laudibus matutinis cantemus. q.53.trac.2.fol.33.b
Psalmi laudum ad quid habeant relationem.ibidem.
Psalmi in quantum sunt octo,quid signent.q.56.tra. 2.fol.35.a
Psalmi Deus Deus meus,& Deus misereatur nostri cur continentur sub vno Gloria patri, & sub una etiam dicantur antiphona. q. 57. trac.2.fol.36.b
Psalmi tres vltimi laudum ut quid dicantur sub vna antiphona, & sub vno Gloria patri.q. 58. trac. 2. fol.37.a
Psalmi in feriali nocturno ut quid bini concinantur. q.71.trac.2.fol.40.a
Psalmos duodecim, cur cantemus in officio feriali. q.70.trac.2.fol.40.b

Psalmus

Biblioteca de Galicia

Psalmus Miserere, propter quid in laudibus ferialib. dicatur loco Psalmi Dominus regnauit. quæst. 74 trac. 2. fol. 42. a

Psalmus Iubilate, qui est secundus laudum, cur in ferialibus laudibus omittatur, & alter loco eius cantetur. quęst. 75. trac. 2. fol. 42. b

Psalmi Dominus regnauit, & Iubilate Deo, cur deponantur à Septuagesima, vsque ad Pascha, & loco eorum in laudibus cantemus Psalmos Miserere, & Confitemini. q. 43. trac. 3. fo. 63. b

Psalmi Miserere mei Deus virtus, & effectus. q. 43. trac. 3. fol. eod.

Psalmus Cõfitemini cur in Septuagesima dicatur in laudibus loco psalmi Dominus regnauit. q. 44. trac. 3. fol. 64. a

Psalmo finito Venite exultemus tempore passionis cur succinamus Gloria. q. 58. trac. 3. fol. 70. b

Psalmi nouem, nouem lectiones, nouem responsoria in lectionibus Passionis Domini, quid nobis innuant. q. 69. trac. 3. fol. 74. b

Psalmos tres, Antiphonas atq; lectiones tres cur in nocturno Pentecost. solummodo cantemus. quęs. 122. trac. 3. fol. 93. b

Psalmi tres primæ horæ cum Symbolo Athanasij cur dicãtur, & quid illi indicẽt. q. 3. tra. 4. fo. 101. a

Psalmi Beati immaculati, & Retribue, cur sexdecim constent versibus. q. 3 trac. 4. fol. 101. b

Psalmus Confitemini, cur ad primam dicatur. q. 4. trac. 4. fol. eod.

Psalmus Defecit salutare &c. propter quid ad horã sextam dicatur. q. 4. trac. 6. fol. 114. a

Psalmi quatuor cur dicantur in hora Completorij, q. 7. trac. 9. fol. 127. a

Psalmus

Biblioteca de Galicia

Psalmus Qui habitat in adiutorio Altissimi, propter quid in Completorio dicatur.quęs.8.tra.9. fol.eod.
Psalmus Inte Domine speraui cur in hora completorij sit tantum ex sex versibus. quæst. 9.tract.9. fol.127.b
Psalmi Graduales cur dicantur,& cur quindecim ipsi sint. q.24.trac.10.fol.140.b
Psalmi Graduales cur dicantur ad horas officij Beatæ Mariæ Virginis. q.24.trac.10.fol.eod.
Psalmi pęnitentiales cur à nobis dicantur.q.25.trac. 10.fol.144.a
Purificatio Beatæ Marię Virginis cur careat octaua. q.25.trac.10.fol.eod.

Q

QVadragesimam cur faciamus.q.53.trac.3.fol. 67. b
Quadragesima,in qua abstinemus,& ieiunamus est decima pars dierum anni. ead. 9.& fol.
Quadragesima cur dicatur potius quam quadragesimasexta. q.54.trac.3.fol.68.b
Quaternarius numerus quid misticè signet. q.6.tra. 1.fol.4.a
Quinquagesima quotuplex sit. q.48.trac.3.fol.66.a
Quinquagesima dierum,annorum, & quinquagesima psalmorum,quotuplex quælibet sit. q. 49.50. 51.trac.3.fol.66.a.& 67
Quinquagesima quid notet. q.52.trac.3.fol.67.b

R

RAdix Iesse quid. q. 22.trac.3.fol.56.a
Regina cęli quando in vsu esse cępit. q.16.tra. 9.fol.129.b

Respon-

Biblioteca de Galicia

Responsoria post lectiones quid indicet. q. 42.trac. 2.fol.29.a
Responsoria cur sic dicantur. ibid.
Responsorium vltimum ad quid illud per partem repetamus. q.43.trac.2.fol.29.b
Responsoria post Capitulum laudum, cur non dicantur. q.59.trac.2.fol.37.b
Respōsoria tria post lectiones feriales quid indicēt. q.73.trac.2.fol.41.b
Responsorium primum Dominicę primæ aduentus cur tres habeat versus q.3.trac.3.fol.49.b
Responsorium prædictum cur ter repetatur. ibid.
Responsorium prædictū propter quid sic repetatur. ibidem.
Responsorium secundum P. D. Aduentus vnde sumptum. q.6.trac.3.fol 51.a
Responsorium primum, & secundum Nocturni Natiuitatis Domini quid contineant.q.33.trac.3.fo. 59.b
Respōsoria cur ab octaua Epiphanię vsq; ad Septuagesimam sint omnia Dauidis.q.38.tra.3.fo.61.b
Responsorium Capituli Primæ quid signet. q. 7.tra. 4.fol.103.a
Responsoriū in hora sexta quid.q.5.tra.6.fol.114.b
Responsoria Dominicarum quomodo correspondeant in tertia, sexta, & nona conuenienter responsorijs ferialibus. q.4.trac.7.fol.116.b
Responsoria in Passione Domini cur admittūt Gloria patri. q.59.trac.3.fol.71.a
Responsorium Capituli primæ, scilicet Christe filij Dei viui, cur non dicamus tempore Passionis, id-est, in Cœna Domini, & in illo triduo. q.63. trac. 3.fol.72.b

Roga-

Biblioteca de Galicia

Rogationes quid & quando fiant. quæst.107.tract. 3.fol.86.b

S

SAbbatum sanctum cur sic appelletur. quæst. 92. trac.3.fol.81.b
Sabbatum sanctum quid. q.92.trac.3.fol.eod.
Sacramentum Eucharistiæ propter quid singulis annis circumferatur. q.127.trac.3.fol.95.b
Sacramentum prædictum quot consideranda in se habeat. q.& fol.eod.
Sanctis latriam non exhibeamus. quęst.3.trac.3.fol. 49.b
Sanctorum quotuplex differentia.quę.2.trac.10.fo. 132.a
Sanctorum quicum Christo surrexerunt, cur festa non celebremus. q.5.trac.10.fol.133.a
Sapientia omnis à Domino Deo est. q.1.tr.1.fo.1.b
Sapientia misticè quid signet. q.20.trac.3. fol.55.b
Scire,& intelligere gloriosum est. q.1.tra.1.fo.1.b
Septies in die cur Ecclesia laudes Deo exoluat. q. 5. tract.1.fol.3.b
Septuagesima quid significat. quæst. 43. tract.3. fol.63.b
Septuagesimæ officium quid signet. quæst.45.trac. 3.fol.64.a
Sexagesima quid significet. quæst. 47. tracta. 3.fol. 65.b
Status Christianæ Religionis quot. quæst. 51.tract. 3. fol.67.a
Strepitus,& tumultus ad Benedictus, in officio Passionis Domini quid notet. q. 84.trac.3.fol.79.a

Suffra-

Biblioteca de Galicia

Suffragia eius qui propter peccatum mortale in charitate non est, an prosint ei, qui charitate decessit. q.21.trac.10.fol.149.b
Symbolum Apostolorũ cur Matutinum pręcedat. quæst.8.trac.2.fol.13.b
Symbolum in precibus Completorij, ut quid recitemus. quęst.14.trac.9.fol.129.a
Symbolum cur secreto dicamus in hora prima.

T

TE Deum laudamus, cur non dicamus post lectiones Passionis Domini. q.66.tra.3.fo.73.b
Tempus ante legem quas habebit distinctiones. q.29.trac.2.fol.22.b
Tempus legis tres habet distinctiones. q.45.trac.2.fol.30.a
Tempus legis gratiæ, tres habuit distinctiones. q.42.trac.2.fol.31.a
Ternarius numerus Euangelij significationẽ habet. q.6.trac.1.fol.4.a
Tu autem Domine miserere nobis, cur post finem lectionum dicamus. q.40.trac.2.fol.28.a

V

VErsiculus post Hymnũ laudum quid denotet. q.63.trac.2.fol.39.a
Versus alta voce dicitur. ibid.
Versus Capituli horæ Tertiæ cur dicatur. q.5.trac.5.fol.111.b
Vesperę Sabbati sancti cur ita breues sint. q.92.tra.3.fol.81.b

Vesperę

Biblioteca de Galicia

INDEX

Vesperæ cur dicantur ante prandium tempore quadragesimali. quæ.6.trac.8.120.b
Vesperę propter quid sint institutę. q.1.2.& 3.trac. 8.fol.117.b.& 118.
Vesperę cur quinque psalmos admittant. q. 4. trac. 8.fol.119.b
Vesperę cur faciant mutationem psalmorum. q. 6. trac.8.fol.120.b
Vesperę cur semper admittant Magnificat anima mea. q.9.trac.8.fol.122.a
Vespertinum,& matutinum officium,cur cęteris horis numero psalmorum pręferantur. q. 5. trac.8. fol.120.a
Vexillum portandi in processionibus,unde sumpsit exordium. q.115.trac.3.10.a
Vigilię noctis quot sint. q.72.trac.2.41.a
Vigiliæ noctis quid misticè indicent. ibid.

FINIS.

Biblioteca de Galicia

AVRELIVS VRSVS LECTORIBVS.

Si vacat, interdum hæc multo quæſita labore.
Perlege, & in tacito pectore conde memor.
Hic de more, ſacras laudes recitare libellus;
Et precibus ratio quæ ſit habenda docet.
Illarum repetit primas ab origine cauſas:
Singulaq; in proprijs collocat apta locis.
Paruum opus eſt: ſed magna ſubeſt ſapientia: paruo
Vtere; non paruum eſt, quod capere inde potes.

Biblioteca de Galicia

MICHAELIS TIMOTHEI GATEENSIS.

V. I. D.

IN DIVINVM OFFICIVM,
Trecentum Quæstiones.

In decem tractatus partitæ,

DE DIVINO OFFICIO, & horis Canonicis, in genere.

Tractatus Primus.

SVMMA.

1 *Diuinum, & ecclesiasticum officium à quo institutum, ordinatumve fuerit.*
2 *Officium cur ordinatum sit.*
3 *Officium quid sit.*
4 *Officij Ecclesiastici appellatione quid contineatur.*
5 *Ecclesia cur septies in die laudes Deo exoluat.*
6 *Horæ Canonicæ cur non plures, neque pauciores ab Ecclesia, quàm septem adinuen*

Biblioteca de Galicia

tæ sint ad dandum Deo laudes.

7 *Vnius cuiusque horæ Canonicæ significatus quis.*

8 *Horæ septem, quibus laudes Deo canta mus, cur Canonicæ dicantur.*

9 *Intentio quæ exquiratur in persoluendis prædictis horis.*

10 *Horæ Canonicæ quomodo extra chorum sint dicendæ.*

A quo institutum, & ordinatum fuerit diuinum officium.

QVAESTIO I.

Eccle. 1.

VM omnis sapienta, prudentissime Lector, à Domino Deo sit, scire ideo, & intelligere gloriosum est; Nec dubium est, quin quanto quisque est cæteris sapientia ornatior, tanto propius accessit ad Deum. Vnde & Dauid
Psal. 118. in spiritu dicebat: Mirabilia testimonia tua, ideo scrutata est ea animamea, declara
Psal. 18. tio sermonum tuorum illuminat, & intelle
Psal. 118. ctum dat paruulis. Et iterum: Præceptum Domi-

Biblioteca de Galicia

Domini lucidum illuminans oculos. Et iterum: Super senes intellexi, quia mandata tua quæsiui, Iure iccirco quidem optimo, multi sacris initiati, & sacrarum Scripturarum studiosi, diuini officij mysteriorum sanè cupidi, rationem quæsierunt talium, sed præ aliis, à quo institutum, ordinatumve fuerit diuinum officium sciscitati sunt. quorum sanæ, & rationabili interrogationi breuibus respondetur, quòd Damasus Papa, quo ad psalmos in Dominica, in secunda feria, in tertia feria, & sic deinceps, ordinauit officium, nempe instituit, ut in Ecclesia psalmi alternis uocibus canerentur. hæc sentit, & dicit Ecclesia Dei sancta in festo Sancti Damasi: & Platina in enarratione vitæ prædicti sancti, & Guilielmus lib. 5. cap. 2.

Platina. Eccles. sancta. Guilielmus.

¶ Cætera vero ad decorem officij adiecta, non simul omnia addita sunt, sed diuersi Patres in diuersis tēporibus ea ordinauerūt.

Diuinum officium cur institutum.

QVAESTIO II.

PERCONTANTVR & isti sacri iuuenes iterum: quam ob rem nobis Christi fidelibus tradita sit à sanctis Patribus hæc

De diuini officii institutione.

Biblioteca de Galicia

orandi,& pſallendi forma,atque regula, ad quos dicitur,quòd cum nihil in Eccleſia canendum, aut legendum ſit, quod à Sancta Romana Eccleſia canonizatum,& approbatum expreſſe,aut promiſſum non ſit,quamuis in primitiua Eccleſia diuerſi uaria, quiſque pro ſuo uelle, cantarent; dummodo quod cantarent ad Deilaudem pertineret. Ideo Theodoſius Imperator,hæreticorum extirpator,rogauit Damaſum Papam, ut non amplius ſupradictus orandi modus, qui confuſus uidebatur,ſeruaretur, ſed per aliquem prudentem, ac catholicum uirum eccleſiaſticum faceret ordinari officium,in luculentam conſonantiam, & ita factum fuit: ſic refert Guilielmus lib. quinto cap. ſecundo.in rationali, & Ioannes Caſsianus Eremita lib.2.cap.3.

Guilielmus. Io.Caſsianus Eremita.

Officium quid ſit.

QVAESTIO III.

Officium quid.

ET quidem officium proprius,uel congruus eſt actus uniuſcuiuſque perſonæ,ſecundum mores Ciuitatis, uel inſtituta profeſsionis. Alia namque habent inſtituta

Biblioteca de Galicia

ſtituta Monachi, alia Canonici, alia Eremitæ, & ſic de reliquis; Et officium dicitur ab efficiendo, quaſi efficium, unicuique enim conuenit ſuum efficere officium. Vel officium dicitur, ut quis illa agat, quæ nulli officiant, ſed omnibus proſint.

Quid eccleſiaſtici officij appellatione contineatur.

QVAESTIO IIII.

NOMINE autem eccleſiaſtici officij ſeptena illa laudis decantatio ex conſtitutione eccleſiaſtica ſancita, quotidieque Deo exoluenda, uenit, iuxta illud Propheticum noui teſtamenti ritum, & gratiam de promens. Septies in die laudem dixi tibi, ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ, quæ laus, & ſeptena decantatio tota continetur in diuino officio, quod quotidie nos Sacerdotes exoluimus, nempe in matutino, & laudibus in prima, in tertia, in ſexta, in nona, in veſperis, & in completorio.

Pſal. 118.

Cap. 1. de Celeb. Miſſa.

Biblioteca de Galicia

In diuinum Officium

Cur Ecclesia Dei sancta sic septenam in die laudem in diuino officio cantare instituerit.

QVAESTIO V.

Deseptena laudum de cantatione

QVONIAM autem oratio ad Deum nostra est armatura, qua pugnamus, contra Dœmones; hostes nostros spirituales, eosque, adiutore Deo, uincamus, sicut Moyses legitur oratione, expansisque manibus certasse contra Amalech, & demum in fugam eum conuertisse. Hostis autem noster antiquus uidens, se ab homine expulsum, assumere nititur septem alios spiritus nequiores se; ut ingressus locum, unde exiuit, habitet ibi, & faciat nouissima illius peiora prioribus. Atqui contra illos septem spiritus nequam, & immundos non possumus præualere, nisi septiformi gratia Spiritus Sancti adiuti, & muniti contra hostiles insidias. Itaque ad impetrandam gratiam septemplicis Spiritus Sancti in hac licita, & pugna difficili, septenam laudis decantationem quotidie Deo exoluendam Ecclesia sancta instituit. Et cum uictoria

Exod. 17.

Luc. 11.

potiti

Biblioteca de Galicia

potiti fuerimus, ad agendas Deo gratias; cu ius septiformi dono euasimus hoste superiores; utque id totum bonum illi referamus acceptum, septies Deo sacrificium laudis quotidie offerri mandauit Sancta Ecclesia.

Cur neque plures, neque pauciores, quàm septem fuerunt horæ ordinatæ ab Ecclesia ad dicendum Deo laudes.

QVAESTIO VI.

SANCTA autem Ecclesia non pluries, quàm septies in die uoluit Deo à nobis dari laudes; quoniam septenus summam habet perfectionem; est enim compositus ex ternario, & quaternario. habet namque in ternario significationem sanctæ Trinitatis. In quaternario uerò Euangelij: siue enim tres per quatuor, aut quatuor per tres multiplicentur, ad duodenarium numerum consurgit, quē etiam constat esse perfectissimum: quia mysterium sanctæ Trinitatis, & doctrina Euāgelij perduodecim

Biblioteca de Galicia

Apoſtolos in quatuor mundi partes, Orientem ſcilicet, & Occidentem, Septentrionem, ac Meridiem deriuata eſt. Sunt quoque quatuor, quibus Eccleſia ſubſiſtit Euãgelia. Item ſunt ſeptem horæ, ſicut ſunt ſeptem dona Spiritus Sancti. Item ſunt ſeptem dies ſeculi. Item quia ſunt ſeptem ætates mundi, quibus completis, finietur mundus. Item quia ſunt ſeptem petitiones in oratione Dominica. Item quia ſunt ſeptem Pſalmi pœnitentiales ordinati contra ſeptem peccata capitalia. Item quia ſunt ſeptem candelabra.

Iſai. ij. 30. q. 1. peruenit. Geneſ. 1. Matth. 6. Exod. 25.

Significatus uniuſcuiuſque horæ canonicæ quis ſit.

QVAESTIO VII.

Significatus uniuſcuiuſq; Canonicæ quis.

QVARVMCVMQVE autem horarum canonicarum ſignificatus quis ſit, aduertimus: quia dũ recitamus, & exoluimus has horas, tot opprobria Chriſto domino Noſtro à Iudæis in paſsione eius illata, totidemque beneficia nobis in ſingulis illis horis collata ab illo recolimus. Vnde bene talia & opprobria, atq; beneficia aduertit

Biblioteca de Galicia

uertit gloss. in capit. 1. de celebrat. missa. dum hos recitat uersus.

Hæc sunt septenis propter quæ psallimus horis.
Matutina ligat Christum, qui crimina purgat,
Prima replet sputis, causam dat Tertia mortis.
Sexta Cruci nectit. Latus eius Nona bipartit.
Vespera deponit. Tumulo completa reponit.

cap. 1. de celebr. missa.

Quare istæ septem horæ dicantur Canonicæ.

QVAESTIO VIII.

HVIVSMODI uero septem officij ecclesiastici horæ, in quibus tenemur orare Deum, à Sanctis Patribus nostris canonicæ, idest, regulares, (canon enim græcæ: inquit Gratianus; regulam latinè significat) nuncupatæ sunt: quoniam ab eis regulari sanctione institutæ sunt, & obseruatæ.

Dist. 3. canon.

Quæ attentio, intentiove in persoluendis horis exquiratur.

QVAESTIO IX.

De intentione in exoluēdis horis.

DIVINVM uolens persoluere officium, cum pars, ac membrum ipse sit Sanctæ

Biblioteca de Galicia

Sanctæ Matris Ecclesię, in qua quisque suo fungi debet officio, hanc ipsum oportet habere intentionem potissimam: ut id quod ad ipsum spectat, exactè conficiat, non secus ac oculi, pedesque in corpore, qui ad nihil aliud uacant, nisi ut uideant, ac ambulent: animo uacandi Deo inchoet quilibet diuinum officium, & in contrarium iste animus non mutetur, dum soluit horas; nemo enim mittens manum ad aratrum, & respiciens retro, est aptus regno Dei.

Luc. 9. ¶ Secundo confiteri cultu exteriori, & uocali debet, quicquid intrinsecus credit, hoc est, Deum esse summum bonum, esse omnipotentem, esse & pium: Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Rom. 10.

¶ Tertio debet homo, dum exoluit suum officium: gratias ipsi Deo agere pro uniuersis acceptis a Deo, & accipiendis beneficijs, & præsertim pro redemptionis beneficio; sic & Paulus gratias agebat pro beneficiis sibi, & aliis a Deo collatis, sic & claudus à Petro sanatus intrauit cum Apostolis in templum ambulans, & exiliens, & laudans Deum. Item audiens Dauid reuelationem, quam Deus fecerat Nathan prophetæ

1. Thim. 1. Rom. 1. Act. 3. 4. 2. Reg. Thob. 2.

Biblioteca de Galicia

phetę de regni ſui duratione, gratias egit ualde humiliter,& deuotè. Item cum Thobias recuperaſſet uiſum,& uxor eius,& omnes,qui ſciebant eum prius cæcum, glorificabāt Deum. Et Zaccharias, recuperato loquendi officio, Dominum prophetando laudauit dicens: Benedictus dominus Deus Iſrael.

¶ Quarto debet homo in dicendo officio rogare Deum, ut ſibi,& omnibus fidelibus Chriſtianis, cum tribulantur, ſuccurrat, & ex omnibus tribulationibus,& de neceſſitatibus eorum, liberet eos, & ut dignetur quotidie nos ſine peccato cuſtodire. Et benedicimus, quòd qui perſoluit officium, in eo deprecari debet Deum, ut nobis opem in tribulationibus ferat. Dominus ſiquidem hoc nos docuit: dum dixit: Si clauſero cęlum,& pluuia non fluxerit, & mandauero,& præcepero locuſtæ, ut deuoret terram & miſero peſtilentiam in populum meum, conuerſus autē populus meus, ſuper quos inuocatum eſt nomen meum, deprecatus me fuerit, & exquiſierit faciem meam, & egerit pęnitentiam à uijs ſuis peſsimis; Ego exaudiam de cœlo, propitius ero peccatis eorum,& ſanabo terram eorum. Oculi quo

2.Par.7.

Nota

que

Biblioteca de Galicia

que mei erunt aperti, & aures meæ erectę ad orationem eius, qui in loco isto orauerit.

Qualiter horæ canonicæ extra chorum dicendæ sint.

QVAESTIO X.

ADVERTANT demum hoc ultimo loco omnes, qui horarios psalmos recitare tenentur, si orationes Deo acceptas fore cupiunt, ut non in gutture, uel inter dentes, seu diglutiendo, aut syncopando dictiones, nec colloquia, uel risus intermiscendo, sed siue soli, siue associati diurnum, nocturnumque officium reuerenter, uerbisque distinctis peragant: ac tali in loco, unde à deuotione non retrahantur: ad quam se disponere, & prępararе debent iuxta id, quod scriptum est, nempe: Ante orationem prępara animam tuam, ne sis, quasi qui tentat Deum: Hæc Basiliense Concilium nobis dicit, ac præcepit. His igitur generaliter iam cognitis, & incipientibus nobis diuini officij aperire mysteria, ita maxime uidentur posse tradi cætera commodissime, si primo de ma-

Eccl. 18.

Basilien. Concil. ses. 21. Tom. 2. qualiter hor. Can. extra chorum dicendę sunt. f.

de matutino cnm ſuis acceſſorijs, deinde ſubſequenter de aliis horis per ordinem tractemus.

De matutino, & eius SEQVELIS.

Tractatus Secundus.

1 *Matutinum unde dicatur.*
2 *Officij matutini appellatione quæ veniant.*
3 *Matutinum quo tempore olim celebrabatur.*
4 *Matutinum qua hora noſtris temporibus exoluatur.*
5 *Pater noſter cur ante alia in matutino præferatur.*
6 *Oratio Dominica cur ante omnes horas, præterquam in completorio, ſecreto dicatur.*
7 *Salutatio Angelica cur ſubiungitur poſt Pater noſter, ante matutinum.*
8 *Credo in Deum cur præponatur matutino*
9 *Matutinum cur inchoetur per, Domine labia mea aperies.*
10 *Cur ſigno Crucis nos muniamus; cum dicimus, Deus in adiutorium, &c.*

11 *Gloria*

Biblioteca de Galicia

11 Gloria Patri cur post Deus in adiutorium subijciatur.
12 Alleluia, uel laus tibi domine post prædicta succlamatur.
13 Inuitatorium quo iure sequatur post prædicta.
14 Inuitatorium cur alta uoce cantetur.
15 Inuitatorium quare repetatur ad aliquos psalmi versus.
16 Hymnus ut quid post inuitatorium concinatur.
17 Hymnus quid sit.
18 Hymnus ut quid stando canitur.
19 Hymni propter quid præcedunt psalmos.
20 Antiphona cur post hymnum dicatur.
21 Antiphona quid sit.
22 Antiphonas canendi ritum quis induxit.
23 Psalmi post hymnum, & antiphonam in diuino officio supponuntur, & cur.
24 Psalmi quot dicantur in Dominica ad matutinum.
25 Psalmi. 12. primi nocturni Dominicæ quid sibi uelint.
26 Duodenarius psalmorum numerus cur secetur per antiphonas in tres partes.
27 Trina diuisio in quatuor Psal. quid signet.
28 Duodecim psalmi primi nocturni cur distincti

Biblioteca de Galicia

stincti per 4.psal.in tres psalmos.
29 Tres illæ antiphonæ sub quarto quoque psal.repetitæ quid indicent.
30 Versiculi cur ante lectiones dicantur.
31 Oratio Dominica ut quid post uersus recitetur.
32 Dominica oratio ante lectiones quam ob rem secreto dicatur.
33 Pars vltima Dom.orat.ad quid clare proferatur.
34 Absolutio, vel preces post Dominic. orat. quid denotet.
35 Benedictionem petens cur dicat: Iube Domne, &c.
36 Benedictionis petitio quid sibi uelit.
37 Lectiones quæ legantur per æstatem.
38 Tempore hyemis quas legamus lectiones.
39 Lector cur post finem lectionũ succlamet: Tu autem Domine miserere, &c.
40 Chorus cur succinit: Deo gratias, post tu autem Domine miserere nobis.
41 Responsoria post lectiones quid signent.
42 Responsorium ut quid pro parte repetamus in ultima lectione.
43 Gloria patri cur dictis uersibus ultimi responsorii dicatur.
44 Secundum noct. propter quid tribus con-

stet

Biblioteca de Galicia

ſtet pſalmis.

45 *Poſt ſecundum noctur. cur legantur lectiones Sanctorum Patrum.*

46 *Tertium nocturnum quam ob rem trium ſit pſalmorum.*

47 *In tertio nocturno ut quid Sanctum Chriſti legatur Euangelium.*

48 *Homelia quid ſonet.*

49 *Poſt nonam lectionem cur Te Deum laudamus, aut unum reſpon. dicamus.*

50 *Laudes matutinæ quo conſilio inductæ.*

51 *Laudes unde dictæ.*

52 *Pſalmi quinque quam ob cauſam in laudibus matut. dicantur.*

53 *In fine cantici trium Puerorum cur non dicatur, Gloria patri.*

54 *Canticum prædictum cur in dominicis, & in feſtis tantum recitetur.*

55 *Pſalmi Laudum inquantum ſunt octo quid ſignent.*

56 *Pſalmi Deus meus, & Deus miſereatur noſtri, cur combinentur, & qua de cauſa ſub vno Gloria patri, & unica dicantur antiphona.*

57 *Pſalmi tres ultimi laudum ſub una antiphona, & uno Gloria patri dicantur.*

58 *Capitulum in laudibus quid ſignificet.*

59 *Par-*

Biblioteca de Galicia

59 Particula Amen post cap. quid importet.
60 Ad cap. laudum cur non dicantur responsoria.
61 Laudes Matut. & vesperæ, & complet. vt quid differant à cæteris horis diurnis.
62 Versiculus post hym. laudum quid notet.
63 Benedictus post versum quare dicatur.
64 Zachariæ canticum cur stando dicatur.
65 Antiphona post Benedictus quid indicet.
66 Oratio post omnia quid ipsa insinuet.
67 Benedicamus Domino quid nobis insinuet.
68 Deo gratias quid signet nobis.
69 In nocturnis ferialibus cur. 12. cantemus Psalmos.
70 Psalmi in ferial. nocturnis vt quid bini recitentur.
71 Lectiones in ferial. noctur. quid signent.
72 Tria responsoria quid significent.
73 Psalmus Dominus regnauit vt quid in laudibus ferialibus non dicatur, sed Psal. Miserere.
74 Psalmus Iubilate qua de causa in laudibus ferial. omittatur, & alter loco illius cantetur.
75 Canticum trium puerorum cur omittatur in feriali officio, & alia loco illius cantentur cantica.

Biblioteca de Galicia

76 *Psalmus laudum tertius cum seq. & Psalmus quintus, scilicet, Laudate cum seq. cur nunquam mutentur.*

Hæc dictio, Matutinum, vnde dicatur.

QVAESTIO I.

De Matutino.

PRIMVM igitur horum officiorum Ecclesiasticorum est officium matutinum: quod ideo matutinum dicitur: quia primo mane celebratur sub aurora. Matuta enim apud latinos auroram significat; vnde matutinum tempus dicitur, quod primo mane transigitur.

Officij matutini appellatione quæ intelligantur.

QVAESTIO II.

IPSIVS autem matutini officij partes sunt, certus psalmorum numerus; in dominicis nempe decem, & octo psalmi; in ferijs vero duodecim, cum lectionibus, & re-

Biblioteca de Galicia

& responsorijs, quæ nocturnorum nomine nuncupantur; vt primum nocturnum, secundum nocturnum, & tertium nocturnum; à nocte, nocturnoq; tempore, in quo cantari solent, dicta; de quibus omnibus, suis loco, & tempore dicemus.

Matutinum quo tempore olim celebrabatur.

QVAESTIO III.

EX primaria autem, primæuaq; ordinatione media nocte celebrari est solitum; secundum illud Prophetæ dictum: Media nocte surgebam ad confitendum tibi: super iudicia iustitiæ tuæ: tum ꝙ etiam nocte intempesta primogenita Aegyptiorum ab Angelo percussore fuerunt interfecta: & Israelitici populi primogenita à Deo saluata secundum illud sapientię: Cum quietum silentium contineret omnia; & nox in suo cursu medium iter haberet; Omnipotens sermo tuus Domine exiliens de cælo, à regalibus sedibus durus debellator in mediam exterminij terram prosiliuit: quod ad litteram intelligitur de tempore

Cap. 1. de celeb. missa.
Psal. 118.
Exod. 12.
Sap. 18.

Biblioteca de Galicia

interfectionis primogenitorum Aegypti, vt sequens ibi sententia liquidò demonstrat, quamuis etiam in vsu, & officio Ecclesiastico applicẽtur supradicta ad horam natiuitatis Dom. Nostri Iesu Christi, tum quòd eo tempore mediæ noctis Christus pro nobis de Virgine Deipera natus est: Esa. 9. Populus enim (inquit Esaias) Gentium, qui ambulat in tenebris, vidit lucem magnam, & habitantibus in Regione vmbræ mortis, lex orta est eis: & paulo post: Paruulus enim natus est nobis; & filius datus est nobis. Tum ꝙ eo tempore mediæ noctis, & imminente hora passionis eius, à Iudæis in horto captus fuit, & traditus in manus peccatorum. vt nos de manu peccatoris, diaboli, scilicet, qui adinuenit peccatum, liberaret: in horum itaq; beneficiorum commemorationem; officium matutinum mediæ noctis tempore decantari ex primæuo more solitum est, qui adhuc in multis locis obseruatur, vt etiã diximus in expositione Hymni secundi, libro primo.

Ioan. 18.

Genes. 3. Esa. 14 de præn. dist. 2. principium.

Qua

Biblioteca de Galicia

Qua hora nostris temporibus matutinum dicatur.

QVAESTIO IIII.

VERVM tepescente cordis humani in Deum ardore, & feruido deuotionis affectu refrigescente, in quamplurimis hodie locis officium matutinum primo mane celebratur sub auroram; & inde (vt dictum est) nomen sortitur. Nec mos iste celebrandi primo mane officij Scripturæ sacræ: sicut nec primæua in medio noctis ordinatio; authoritate caret; quo possit comprobari. Dicit enim Propheta: Deus, Deus meus ad te de luce vigilo, & in matutinis meditabor in te. Ecclesiasticus itidem de viro iusto loquens, ait: Iustus cor suum tradet ad vigilandum diluculo, ad Dominum, qui fecit illum: Deniq; in libro Sapientiæ legitur: Oportet præuenire solem ad benedictionem tuam, & ad ortum lucis te adorare. Hæc Clichtoueus, dum de hora matutina ipse disserit. At sic Ioannes Cassianus Eremita de solemnitate horarum, de matutina, inquit, verò solemnitate etiam illud nos instruit, quod in ipsa quo-

Psal. 61.

Eccles. 39.

Sap. 16.

Iudocus. Ioannes Cassianus Ere. lib. 3. cap. 3.

Biblioteca de Galicia

Psal. 62. tidie decantari solet; Deus, Deus meus ad
Ibidem. te de luce vigilo; Et in matutinis meditabor
Psal. 118. in te: Et Præueni in maturitate, & clamaui. Et rursum: Præuenerunt oculi mei ad te di luculo; vt meditarer eloquia tua. In his quoq; horis ille euangelicus Paterfamilias operarios conduxit in vineam suam. Ita enim ille primo mane conduxisse describitur, quod tempus designat matutinam nostrā solemnitatem. Deinde Tertia; inde Sexta. Post hæc. Nona. Ad extremū undecima, in qua lucernaris hora designatur.

Cur Pater noster ante omnia in matutino, & alijs horis præmittatur.

QVAESTIO V.

PRAEMITTIT autem, & dicit sancta mater Ecclesia ante matutinum, & omnes horas Orationem dominicam, hoc est, orationem illam, quam Christus ore sacro prodidit, qui spem suam, ac vota oratione cupiunt Deo explicare. ob id primo; quòd in tali oratione petimus in nobis sanctificari

Biblioteca de Galicia

ctificari Dei nomen, & aduenire regnum cælorum, quod primo esse quærendum Iesus docuit; cum ait: Quærite ergo primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Quæ enim ponuntur in dominica oratione, ideo sunt prius quærenda: quia magis sunt necessaria, & utilia; quàm ea, quæ ponũtur in alijs; cum ibi summa totius salutis; & perfectionis cõsistat. ¶ Secundo: quia hæc sancta Dominica oratio proprium hoc habet, ut hominem disponat, & aptum reddat ad consequendum ipsius orationis effectum, nempè, ut sibi peccata, atque debita dimittantur, & à malo ipse liberetur: quibus non præmissis, nec orationis sequeretur effectus, vnde nisi nobis prius debita dimitterentur, & à malo culpæ liberaremur, nihil unquàm impetrare mereremur. ¶ Tertio quoniam prius inuocandus est omnium rerum Pater, quo prætermisso nullum ritè bonum fundatur exordium. Rationabile ergo est, ut prius oratio illa præcedat, quàm Author salutis dictauit, ac instituit, quàm illæ, quas Sancti Patres postea dictauerunt. Huius uero Dominicæ orationis concil. Gerundense meminit, & Gratianus.

Matth. 6.

Digniora sunt præferenda.

Conc. Gerũd. tom. 2. c 91. de Cons. dist. 5. semper.

Biblioteca de Galicia

Cur hæc Sancta oratio Dominica ante matutinum, & omnes horas, præterquàm ad Completorium, dicatur ſecretò.

QVAESTIO VI.

SECRETO autem hęc oratio, & ſubmiſſa uoce dicitur, ut nos quaſi ad interiora reuerſi ipſas res cum magna diligentia mente capiamus, quas uerbis pronunciamus. ¶ Secundo ad notandum, q̃ oratio ipſa potius habet efficaciam in deuotione cordis, quàm in clamore oris. ¶ Tertio quia in ea Deum alloquimur, qui non tantum verba; ſed & renes noſtros ſcrutatur, & corda.

Aue Maria cur ſubiungatur immediate poſt Pater noſter.

QVEASTIO VII.

Pſal. 7. SVBSEQVITVR autem poſt dominicam orationem in matutino Salutatio ange-

Biblioteca de Galicia

angelica: propterea, quòd dignum est, vt illam salutemus in principio nostri operis, per quam salus nostra exordium sumpsit. Porrò refert Nicolaus de Ploue, sanctum Bernardum dixisse, ꝙ Deus nihil Nos vult habere salutis; quod per manus uirginis Mariæ non transeat, Et Rom. Cathechismus dum, pro quibus orandum sit, tractat, ait: Iure autem sancta Dei Ecclesia huic gratiarum actioni preces etiam, & implorationem sanctissimæ Dei matris adiunxit, qua piè, atque suppliciter ad eam confugeremus, ut nobis peccatoribus sua intercessio conciliaret Deum; bonaq; tum ad hanc, tum ad æternam uitam necessaria impetraret. Ergo nos exules filij Euæ, qui hanc lachrimarum uallem incolimus, assiduè misericordiæ matrem, ac fidelis populi aduocatam inuocare debemus, ut oret pro nobis peccatoribus, ab eaq; hac prece opem, atq; auxilium implorare, cuius & præstantissima merita apud Deum esse; & summam uoluntatem iuuandi humanum genus nemo, nisi impie, & nephariè dubitare potest.

Nic. de horis canon.

Rom. Cathechis.

Sym-

Biblioteca de Galicia

Symbolum Apostolicum matutinum cur præcedat.

QVAESTIO VIII.

VLTERIVS quæritur, cur post supradicta dicatur: Credo in Deum; & quidem Credo in Deum patrem, cum sequentibus usque in finem recitatur, ideo, quia in eo fides nostra continetur, sine qua impossibile est Deo placere, & per quam contra omnia aduersa armantur illi, qui per dominicam orationem mundantur.

11. Hæb. 2.

Matutinum cur inchoetur per Domine labia mea aperies.

QVAESTIO IX.

Psal. 50.

IN solius autem matutini exordio præponitur ille uersus Psalmi quingentesimi: Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam, quoniam illud principium est diuinæ laudis totius diei: iccirco in eo præsertim petimus, & per illa matutina, & reliqua illius diei exoluenda

ritè

Biblioteca de Galicia

ritè laude, labia nostra non tam oris, quàm cordis nobis à Deo aperiri; ut digne laudem eius annunciemus; ut non simus de illis, de quibus con queritur Dominus per Esaiã dicentem: Populus hic labijs me honorat; cor autem eorum longè est à me. Esai. 29.

¶ Vel quoniam non est sermo (iuxta illud Psalmographi) in lingua nostra; ideo petimus à Deo prolationem uerborum ad explicandam eius laudem. Psal. 138. ¶ Vel quoniam nobis ore contigit peccare; Ideo oris peccata, & labij nostri polluti reatũ deleri à Deo petimus; & ipsa labia nostra per ipsum aperiri, quo liberioribus animi uiribus, & organis eius per nos mira, & laudes concinantur.

Cur post Domine labia mea aperies subiungitur: Deus in adiutorium meum intende. &c.

QVAESTIO X.

SEQVITVR autem post versum: Domine labia mea aperies, versus Psalmi sexagesimi noni, nempe: Deus in adiutorium Psal. 69.

meum

meum intende, domine ad adiuuãdum me festina,ad impetrandam Dei præsentem gratiam,&opem,sine qua nihil omnino facere possumus. vnde Ioannes per os ipsius Dei. Sine me nihil potestis facere. In hoc ergo versu nostram confitentes insufficientiam bene agendi ex nobis, & nostram fragilitatem, diuinum imploramus auxilium, cuius adiutorio debitas, & gratas ei laudes offeramus.Quemadmodum & in omnium fine horarum subnectitur ea gratiarũ actio, videlicet,Benedicamus Domino; Deo gratias,per quam de absoluta (Dei adiutorio) laude, & perfecta cuiusq; horarum completione gratias agimus. Et ita ad illum, qui est Alpha,& Omega, principiũ,& finis, in primordio horarum canonicarum, & exitu per piam inuocationem conuertimur, mysticumq;, & spiritualem complemus circulum, regressi demum in eum, à quo cæpimus exordium: Verumtamen quàm necessaria sit nobis crebra prædicti iam versiculi, scilicet, Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me festina,decantatio, demonstrat Cassianus Eremita in collatione decima,capite nono, dum sic fatur: Erit itaque ad perpe-

Ioan.5.

tuam

petuam Dei memoriam possidendam hæc inseparabiliter præposita nobis formula pietatis: Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me festina. Hic namq; versiculus non immeritò de toto scripturarum excerptus est instrumẽto. Recipit enim omnes affectus, quicunque inferri humanæ naturæ possunt; & ad omnem statum, atq; vniuersos incursus propriè satis, & competenter aptatur. Habet si quidem aduersus vniuersa discrimina inuocationem Dei, habet humilitatem piæ confessionis, habet sollicitudinis, ac timoris perpetui vigilantiam, habet considerationem fragilitatis suæ, exauditionis fiduciam, confidentiam præsentis semper, adstantisque præsidij. Qui enim iugiter suum inuocat protectorem, certus est, eũ semper esse præsentem. habet amoris; & charitatis ardorem, habet insidiarum contemplationem, inimicorumque formidinem; quibus perspiciens semetipsum die, noctuque vallatum, confitetur se non posse sine sui defensoris auxilio liberari. Hic versiculus omnibus infestatione dęmonum laborantibus inexpugnabilis murus est, lorica impenetrabilis, ac munitissimus clypeus. Iste nos

in

Biblioteca de Galicia

in ſpiritualibus ſucceſſibus, cordisque lætitia conſtitutos admonet, extolli penitus nõ debere, nec inflari de proſpero ſtatu, quem ſine protectore Deo retineri non poſſe teſtatur, dum non ſolum eum ſemper, ſed etiam velociter, ut ſibi auxilietur, implorat. Iſte, inquam, verſiculus vnicuique noſtrum in qualibet qualitate degenti neceſſarius, & utilis inuenitur. nam qui ſe ſemper, & in omnibus deſiderat, adiuuari, manifeſtat, quòd non tãtum in rebus duris, ſed etiam in ſecundis, ac lætis pari modo Deo egeat adiutore: vt, quemadmodum ex illis erui, ita in iſtis eum faciat immorari, in neutro ſciens humanam fragilitatem ſine illius opitulatione ſubſiſtere. Hæc prædictus Caſſianus.

Quare nos ſigno crucis munimus, cum dicimus: Deus in adiutorium meum intende.

QVAEST. XI.

MVNIT autem ſe Sacerdos ſigno crucis, dum dicit. Deus in adiutorium meum

Biblioteca de Galicia

meum intende, in principio horarum ad effugendam illius virtute quamlibet Diaboli versutiam, & potestatem. Valde enim timet diabolus signum crucis. vbicunque enim dæmones vident signum sanctæ Crucis, fugiunt, timentes baculum, quo plagam acceperunt, sicut bene scribit Cassianus Eremita collatione octaua capite decimo octauo, dum de principatibus, seu potestatibus disserit. Ioan. 3. Cassian.

Cur post Deus in adiutorium meum intende statim in singulis horis subijcitur; Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto Sicut. &c.

QVAESTIO XII.

QVONIAM verò Dominus dixit: Adhuc te loquente, ecce adsum, ideo quasi iam nos intellexerimus exaudiẽdos, vel etiam exauditos esse, gratiarum actiones Trinitati tribuimus dicentes: Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, sicut erat. &c.

Cur

Biblioteca de Galicia

Cur Haleluia; vel Laus tibi Domine Rex æternæ gloriæ post supra dicta addatur.

QVAESTIO XIII.

Ex Conc. 4. Thol. Tomo 1. cap. 10.e. QVID autem dictio hæc, Haleluia signet, & cur dicatur post Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, insuper noscere opere prætium est. Significat autem Haleluia tantundem, sicut laudate Dominum. Nam Haleluia verbum hebreum laudate, signat. iam vero nomen Dei est significans Dominum. Est autem hæc dictio haleluia à sacris eloquijs sumpta, in quibus quidem locis impermutata exprimitur ad insinuandam Dei laudem, vt in libro Thob. 13 Thobiæ legitur, dum legimus, ex lapide candido, & mundo omnes plateæ eius sternentur, & peruicos eius haleluia cantabitur, & in Apocal. dicitur: Apoc. 19. Post hæc audiui quasi vocem magnam turbarum multarum in cælo dicentium: Haleluia, laus, & gloria, & virtus Deo nostro. Et paulo post: Et iterum dixerũt, haleluia. Verum tamen haleluia additur post Gloria Patri, tunc,

quando

Biblioteca de Galicia

quando in reddendo Deo laudes, cælestem nos Hierusalem, in qua vox illa angelica auditur, scilicet, halelu ia, imitamur. Quod a nobis fit in toto ferè anno præterquàm in tempore a septuagesima, vsque ad Pascha eo enim tempore nõ lætitiæ præmittimus, sed pænitentiæ tempus, ac luctum pro peccatis expiandis assumimus.

capitu. hi duo de consec. distin. 1.

Inuitatorium cur cantetur post alia supradicta.

QVAESTIO XIIII.

De Inuitatorio.

SANE iam præmissis duobus habitis, & impetratis, videlicet gratia, per quã os aperitur, & diabolo per auxilium Dei sepulto, nihil aliud restat, nisi laudare: Vnde statim Ecclesia laudans subijcit Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto &c. Verum quia non sufficit Deum laudare nisi ẽt ad laudãdum, alios inuitemus: ut qui audit dicat: Veni; & cortina cortinam trahat, ideò subnectit Ecclesia inuitatorium, & inuitatorius Psalmus: Venite exultemus; ubi causa redditur, quare Deo exultare, & iubilare debemus, dum ibi dicitur. Quoniã

Apoc. 22. Exod. 26. & 36.

Psal. 94.

Biblioteca de Galicia

magnus Dominus &c.& vltimo assignatur causa ne in grati simus, sicut Iudæi, qui propter eorum ingratitudinem, & malitiam, terram promissionis nõ intrauerunt. Vnde dicitur ibi: Si introibunt in requiem meam q.d. Non.

Inuitatorium cur alta Voce dicatur.

QVAESTIO. XV.

Psal. 33. EDOCTA autem sancta Ecclesia à Spiritu sancto, alta uoce cum Dauide sancto cantat inuitatorium dicens: Venite filij, audite me, quasi mater Ecclesia per illa verba inuitet homines ad cõfitendum Domino, exaltatur, inquam, inuitatorium, & alta uoce canitur, præsertim ibi: Hodie si vocem eius audieritis, nolite &c. nè quis corde fortè induratus de non audita suæ matris voce excusetur. vnde Esaias: Clama, nè cesses, quasi Tuba ex alta uocem tuam, q.d. adhoc ex alta uocem, nè, si non intrabunt in requiem meam, excusentur de uoce non audita.

Esai. 58.

Cur

Biblioteca de Galicia

Cur repetitur inuitatorium ad aliquos ipsius Psalmi versus.

QVAESTIO XVI.

TERTIO autē repetitur inuitatorium imperfectè, sexies autem repetitur integrè. Ter autem imperfectè repetitur ob tria illa hominum genera, qui ad cænam inuitati, inuitationem non receperunt, scilicet Auari, Superbi, & Luxuriosi. Nam primum genus hominum illorum villam emerat: Secundum iuga boum quinque: Tertium uxorem duxerat. ¶ Vel repetitur tertio propter nostram in tribus, scilicet in corde, in ore, & in opere imperfectionē. ¶ Sed quando sexies repetitur integre a nobis, tunc ex illis nos esse ostendimus, qui integrè inuitationem recipiunt, qui & perfectè laudes Deo referunt, perfectè autem laudes Deo illi referunt, qui nil, quod non sit laudis, interponunt. ¶ Vel sexies repetitur ad innuendum, quòd quandocumque homines de hoc mundo siue in prima, siue in secunda, siue in tertia, quarta, quintauè uel etiam adhuc in sexta ætate uolunt se ad Dominum conuerti, & illum laudare, illos potuisse,

Luc. 14.

Cap. sedes apostolica de rescriptis.

Biblioteca de Galicia

c. de sum. Trin. & fid. cath. l. fin.

tuisse, & posse nunc. Quia adhuc, & sexto eos inuitat (quando nouissima est) sancta eius mater Ecclesia, quæ semper se liberalem pęnitentibus exhibuit, cum ipsa gremium suum nunquam redeuntib. claudit.

Hymni quam ob rem post inuitatorium concinantur.

QVAESTIO XVII.

Platina. Concil. 4. Tolet. tomo. 1. ca. 12. g. Concil. Agat. tō. 1. cap. 30. f. De con sec. dist. 1. c. de hymnis & dis. 5. cap. con uenit. Psal. 95. Act. 13.

CVM autem ad huc non sufficiat Deum ore laudare, nisi ex mente laudetur: Ideo tam ex institutione Gelasij Papæ, quàm ex approbatione Conciliorum Toletani, & Agathen. Post inuitatorium subijcitur hymnus. Item quia post inuitationem consequenter multi Deum cum lætitia laudant; iuxta illud Dauidis: Audiuit, & lætata est Syon. Ideo post inuitatorium cantatur communiter hymnus. Vel hymnus dicitur post inuitatorium in signum. Quia gentes gauisæ sunt, quòd ad fidem uocatæ sunt.

Quid

Biblioteca de Galicia

Quid ſit hymnus.

QVAESTIO. XVIII.

ESt autem hymnus uocabulum græcum. latinè, ut in expoſitione hymni primi diximus, laudem Dei cum cantico, vel uocem humanam in laudem Dei metricè compoſitam denuncians. De Hymno.

Vt quid ſtando hymni concinuntur.

QVAESTIO. XIX.

IDEO autem ſtando hymnos cantamus in erectione corporum, ut oſtẽdamus, q̃ in laudando Deum corda ſurſum erecta habere debemus, & relictis terrenorum negotiorum cogitatibus, tunc animos noſtros ad Deum erigere debemus, & cæleſtia duntaxat, & ſpiritualia meditari, ſecundum illud Apoſt. monitum ad Coloſſenſes: Quæ ſurſum ſunt, quærite, ubi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens: Quæ ſurſum ſunt, ſapite, non quæ ſuper terram. Ne, ſi noſtra corda non habeantur ad Dominum, ſed potius ad ea, quæ ſunt mundi, locum in nobis ha- Colo. 3.

Biblioteca de Galicia

beat illud, de quo conqueritur Dominus
Esai. 29. per Esaiam Prophetam: Populus hic labijs me honorat; cor autem eorum longe est à me. Nam inquit glos. de mente S. Agu
Clem. uni. de reliq. & Vene. sanct. stini: Quid prodest strepitus labiorum, si mutuum est cor. & iterum, nūquā, inquit, orat quisquis etiam flexis genibus, si uagatione distrahitur.

Hymni propter quid Psalmos præcedant.

QVAESTIO. XX.

PRAECEDVNT autē Psalmos hymni in matutino, & in prima, sexta, & nona. In laudibus uero, & uesperis, & completorio postponuntur, sicut suis loco, & tempore
lib. 5. c. 2. de omnibus dicemus, & non modo; Quoniam; inquit Gulielmus, dies pertinent ad Spirituales, qui habent gaudium conscientiæ. Nox uero ad penitentes, qui habent remorsum cōscientię, iccirco spirituales inducuntur exultatione in operationem: pænitentes uero per operationem oportet ueni re ad exultationem. Cur autem hymni in Paschate non dicantur, & cur in prima nun

quam

Biblioteca de Galicia

quã hymnus mutetur, infra, in tractatu tertio,& quarto.

Antiphona cur post hymnum subsequatur.

QVAESTIO. XXI.

AD HAEC hymnum antiphona subsequitur:Psalmos uero antecedit,quoniam antiphona charitatem significat, sine qua opus non perficitur, ideò ut opera bonam perficiamus,hoc est Psalmos, qui bonam operationem designãt, antiphona sub hæret hymnis,& Psalmospræmittit. De Antiphona. Concil. Agath. tom. 1. cap. 30. f.

Antiphona quid sit.

QVAESTIO. XXII.

DICITVR autem antiphona, secundum Albericum de Rosate in dictionario suo,uox reciproca duobus choris alternatim canentibus,quasi vox uoci contra posita.Et ea est clausula,siue sententia tertia,quæ inchoatur ante Psalmum, eoq; finito integre tota dicitur.

Biblioteca de Galicia

In diuinum Officium Antiphonas canendi ritum quis induxit.

QVAESTIO. XXIII.

IN Ecclesia uero Dei modus Antiphonas canendi in usum transit apud latinos ex institutione Beati Ambrosij Mediolanensis Episcopi, ut bene Iudocus Clictoueus, dum de antiphonis tractat, refert, cuius, verba sunt hæc: Porrò ritum canendi antiplionas in Ecclesia apud latinos primũ S. Ambrosius Episcopus Mediolanensis transtulit à græcis, apud quos hic ritus iam inoleuerat, & in usum transierat ex instituto Beati Ignatij Episcopi Antiocheni, & Apostolorum discipuli, qui per uisionem in cælum raptus, audiuit Angelicos Spiritus per Antiphonarum reciprocationem summæ Trinitatis hymnum laudis canentes. Et ad ipsorum imitationem constituit hunc canendi modum etiam in Ecclesiastica functione obseruari debere. Hæc Iudocus. ¶ De antiphonis uerò aduẽtus, & aliorum temporum alias dicemus. Restat ergo hic, ut sequamur nostrum institutum.

Iudocus.

Cur

Biblioteca de Galicia

Cur ergo Psalmi in diuino officio post hymnum, & antiphonam subponantur, quæritur.

QVAESTIO. XXIIII.

AMplius, quoniam, inquam, nec sufficit laus oris, & cordis, nisi & opus; per quod psalmi designãtur, sequatur: quia fides sine operibus non prodest, & ociosa est, imò mortua est, ideo post hymnum, & antiphonam sequuntur psalmi, qui (ut diximus) bonam operationem designant. De Psalmis. Iac. 2.

Quæritur quot Dominica ad matutinum psalmi dicantur.

QVAESTIO. XXV.

PLanè decem, & octo in dominica ad matutinum psalmos canimus, duodecim uidelicet in primo nocturno, tres in secundo, & totidem in tertio.

Duode-

Biblioteca de Galicia

In diuinum Officium Duodecim Psalmi primi nocturni quid significent.

QVAESTIO. XXVI.

SAne primum nocturnum in Dominica ideò ex duodecim constat Psalmis, quoniam recolit, indicatque tempus antelegem, scilicet, tempus legis naturalis, in quo uiguerunt, & uigilauerunt Sancti, & præsertim duodecim Patriarchæ, à quibus populus Domini in duodecim tribus fuit propagatus: Idcirco duodecim Psalmi in primo nocturno recitantur in memoriam istorum, & omnium sanctorum Patrum, qui fuerunt Domino peculiaris populus; sicut in tempore gratiæ duodecim Apostoli præcæteris præfulserunt. ¶ Vel duodecim tales Psalmi fidem Abrahæ, quæ hodie cernitur in duodecim articulis fidei, per duodecim Apostolos editis, denotant.

Genes. 25 30. 35. Apoc. 7.

Cur

Biblioteca de Galicia

Cur duodenarius Psalmorum numerus secetur antiphonis in tres partes.

QVAESTIO XXVII.

SED iste duodenarius Psalmorum primi nocturni numerus ideò in quaternariũ Psalmorum numerum antiphonis diuiditur ab Ecclesia: Quia quatuor principales, seu Cardinales uirtutes prætendunt; uidelicet, prudentiam, iustitiam, fortitudinem, & temperantiam, quas uirtutes, credimus, sanctos Patriarchas suo tempore prę cæteris habuisse, & alijs exemplo demonstrasse.

Quid trina in quatuor Psalmos primi nocturni diuisio signet.

QVAESTIO XXVIII.

PRAETEREA illa quatuor Psalmorum primi nocturni diuisio trina sanctissimam fidem, spem, & charitatem posse indicare, nulli dubium est, quibus & præditi erant prędicti sancti Patres ueteris testamẽ

ti.

Biblioteca de Galicia

ti. ¶ Vel etiam ſanctiſſimam Trinitatem, quam confitebantur, ſicut & nos confitemur hodie, dum ad exemplum eorum exoluimus hos Pſalmos ſanctiſſimam repreſentantes Trinitatem.

Cur duodecim pſalmi nocturni ſic ſint diſtincti per quatuor Pſalmos in tres partes.

QVAESTIO XXIX.

DISTINCTIO autem duodecim pſalmorum primi nocturni per quatuor pſalmos in tres diſtintiones, ſeu partes, repreſentat tẽpus ante legem, tres habens diſtinctiones. Tempus ſi quidem ante legem has habuit diſtinctiones: Prima fuit ab Adã usque ad Noè, in qua vigilauerunt Abel, Enos, Enoch, & Lamech, qd̃ in primis quatuor pſalmis innuitur, Nam Beatus uir cantat Abel, qui tanquàm lignum plantatum tanquàm ſecus decurſus aquarum dedit in tempore ſuo fructum iuſtitię: dum pro iuſtitia conſeruanda ſuccubuit. Quare fremuerunt cantat Enos; quia Domino in timore ſeruiuit; dum nomen

Geneſ. 4.

Geneſ. 5.

Biblioteca de Galicia

men Domini inuocauit. Domine quid mul
tiplicati sunt cãtat Enoch, quem Dominus Genes.5.
suscepit, dum eum ad Paradisum trãstulit.
Domine ne in furore, cantat Lamech, dum Genes.5.
ei talem filium dedit, qui genus humanum
à furore Dei in arca saluauit. ¶ Secunda Genes.6.
distinctio fuit à Noè usq; ad Abrahã: in qua
uigilauerunt Noè, Sem. Heber. & Thare.
Domine Deus meus cantat Noè, quem
Dominus in illa generatione iustum inue-
nit; & ideò aquis persequentibus saluum fe
cit. Domine Deus noster cantat Sem, quẽ Genes.9.
Dominus gloria, & honore coronauit, dum
eum super fratres Patris benedictione sub-
limauit. Confitebor tibi cantat Heber, qui Genes. xj.
mirabilia Dei narrauit, cum Ciuitatem Gy Genes. xj
gantium dissipauit. In Domino confido
cantat Thare, qui in Vrbe Caldeorum posi Psal. 10.
tus, in Domino confidit, cuius pars calicis
ignis sulphur extitit. ¶ Tertia ab Abraham,
Isaac, Iacob, & Ioseph. Qd quidẽ psalmi se- Genes.12.
quẽtes declarant: Nam Saluũ me fac cantat
Abraham, quem Deus saluum fecit, in cu- Psal.11
ius tempore sanctus defuit, quia idolatriæ
seruiuit. Psalmum Vsq; quò cantat Isaac,
quem Dominus in sacrificio respexit. Di- Genes.22.
xit insipiens, cantat Iacob, cui spes Domi- Genes.28.
nus

nus fuit; vnde ibi dicitur: Exultauit Iacob, & lætabitur Iſrael. Domine quis habitabit cantat Ioſeph, qui fuit ſine macula, dum adulterium recuſauit.

Geneſ. 39.

Quid illæ tres antiphonæ ſub quarto quoque Pſalmo repetitæ denotant.

QVAESTIO XXX.

SEd tres antiphonæ, quas ſub quarto quoq; Pſalmo primi nocturni Domini cæ repetimus, fidem ſanctiſſimæ, & indiuiduæ Trinitatis, ſiue delectationem in ea oſtendunt, quarum quælibet reſpondet quatuor Pſalmis. quilibet enim homo tenens fidem ſanctæ Trinitatis, quatuor uirtutibus Cardinalibus eſt quadratus, & compoſitus.

Cur verſiculi in nocturnis ante lectiones dicantur.

QVAESTIO XXXI.

PORRO, quoniam in nocturnalibus lectionib. propter earum vniuerſitatem & ma-

De verſu.

Biblioteca de Galicia

& magnitudinem ſedere ſolemus: Ideo ne propter longam ſeſſionem, aut pro laſſitudine, aut per laſſitudinem; ſiue otium, obliuiſcamur doctrinæ Domini, quã lectiones ſignificant, cogitando forte inania, aut dormiendo, uel confabulando, uerſiculo præcedente ad lectiones audiendas incitamur.

Cur poſt verſus Dominica dicatur oratio,

QVAESTIO XXXII.

POST autem uerſus ante lectiones, per quas (ut diximus) doctrinã habemus, Dominicam dicimus orationem. Primo ad notandum, quoniam qui eget Sapientia, & intellectu doctrinæ, poſtulet illam a Deo, qui (ſecundum Iacobum) dat affluenter omnibus, & non improperat. ¶ Secundo, ut ipſius orationis auxilio proficiat in nobis uerſus intentio, ¶ Tertio ut per illam diaboli tentationes propellantur. Ille enim ſentiens nos uelle lectiones legere in quibus ſanctorum Victoriæ contra ipſum habitæ leguntur, Satagit nos acrius impugnare. Vnde nos illa oratione præmunimus.

De Dominica oratione.

Nota.

Iac. 1.

Nota.

Quam

Biblioteca de Galicia

Quam obrem ante lectiones Dominica oratio secretò dicatur.

QVAESTIO XXXIII.

De lectionibus.

SECRETO autem prædicta oratio Dominica post uersus; & ante lectiones dicitur à nobis ob id, quoniam secretum Regis concilium intelligitur, ut propositæ similitudinis sequamur exemplum, & ut attentius, accuratiusque mente capiatur.

Vltima orationis dominicæ pars, ut quid patenter concludatur.

QVAESTIO XXXIIII.

VBRVNTA MEN ultimæ huius orationis pars palam pronuntiatur: ut pateat propter quid ipsa dicatur oratio: ne scilicet Lector per phantasiam tentationem se ad legendum, lectiones offerat: & auditores lectionum intellectu, ex profectu fraudentur.

Quid

Biblioteca de Galicia

Quid preces, seu absolutio post Dominicam orationem denotent.

QVAESTIO XXXV.

PER preces uero, quæ dominicam orationem antè lectionem sequuntur: imploratā Sanctorum intercessio:& Christi dei exauditio ad obtinendum quod in ipsa oratione postulamus:oramus.n.ut mittat operarios in messem:& aperiat cor nostrum in lege,& in præceptis.

Benedictionem petēs ante lectiones ob quam rem dicat: Domne magis, quàm Domine.

QVAESTIO XXXVI.

PRAETEREA ille, qui petit benedictionem ait: Iube Domine benedicere, & non Domne. Quia tunc ad imperfectum, hoc est, ad hominem, sermonem dirigit. Vnde illud:Imperfectum meum uiderunt oculi tui. Nota. Psal. 138.

Biblioteca de Galicia

Petitio benedictionis quid sibi uelit.

QVAESTIO XXXVII.

De Benedictione de diuino officio li. 1.cap. 12. Rom.12.

LECTVRVS uero lectiones, petens benedictionē (hoc inquit Rupertus Abbas,) significat, quod nemo, nisi missus, aut permissus officiū prædicationis usurpare debeat. Quomodo enim, inquit Apostolus, prędicabunt, nisi mittantur. Istis itaque cum omni reuerētia petitis, incipit Lector lectiones legere.

Quæ lectiones legantur per æstatem.

QVAESTIO XXXVIII.

LEGET autem lector æstiuo tempore, hoc est, ab octauis Paschæ, usque ad quartam dominicam post Pascha, & de actibus apostolorum, & Apocalipsim, propter mysteria passionis, & resurrectionis Christi, quæ Ioanni reuelata sunt, & apostoli prædicauerunt. ¶ At à quarta dominica, usq; ad Ascensionem leget ipse epistolas canonicas, & actus apostolorum. ¶ Sed ab Ascensione Domini ad cælos, usque ad Pentecostes

Biblioteca de Galicia

ſtes leget,& de actibus apoſtolorum, & canonicas epiſtolas. ¶ Porrò ab octauis Penthecoſtes, vſque ad calendas Auguſti leguntur libri Regum, & Paralipomenon: quia (ut inquit Durandus) ſicut Samuel, Saul, Dauid,& alij pro lege Domini pugnauerunt,ſic & nos poſtquam accepimus donum Spiritus ſancti in baptiſmo, uirtute debemus pugnare contra dæmones formati, nati,nutriti,& armati. ¶ Vel, quia, ſecundum Rupertum, huiuſmodi Regum, & Paralipomenon libri myſticè aſſimilantur primis Chriſtianitatis temporibus, quando paulatim creſcente fide Chriſti, uetus idolatria decidit.nam inquit ipſe, ſicut regnanti Sauli, quem populus appetierat contra uoluntatem Dei,ſuperuenit electio Dauid, quem Dominus ſecundum cor ſuum ſe inueniſſe dicit, tandemque totum regnum à Domo Saulis auerſum,eidem Dauid ſe ſubdit, ſcilicet ſtatim poſt aduentum Spiritus Sancti, tandemque Chriſtiana fides per bella martyrum uictrix ſedit in throno Romani Imperij, totuſque deinceps mundus manu forti Chriſto ſe ſubdidit. ¶ Ad hæc à Calendis Auguſti uſque ad calendas Septembris leguntur libri ſapientiſſimi Salo-

Duran. li. 6.c. 1.

Ruper. Abb.li.12. c.24.de diuino off.

1.Reg.8.

Pſal. 77. 88.

2. Reg. 5.

Biblioteca de Galicia

monis : Quia in pugna maxime necessaria est sapientia. ¶ Vel quia Augustus sextus mensis est, & in sexta ætate, in qua Deus uenit, debemus propter eius præsentiam, sapienter uiuere, ¶ Vel quia secundum Rupertum prædictum, sicut post pugnas hæreticorum claruerunt in Ecclesia ingenia Doctorum, qui excitati contentionibus illorum non dormitantes, sapientiæ, & scientiæ studuerunt, & disputauerunt quodammodo & ipsi, sicut de Salomone legitur. ¶ Demum legitur liber Iob; Quia uidelicet maxime in pace Ecclesiæ non desunt tentationes uiris ad uirtutem tendentibus, quæ in omnibus percussionibus, uel consolationibus eiusdem S. Iob moraliter figurantur; & hæc dicta sint de nocturnis lectionibus per æstatem: Sequitur, ut de hyemalibus lectionibus dicamus.

Nota.

Ruper. Abbas ibidē.

3. Reg. 4.

liber Iob contra tentationes.

Quas debeat legere lectiones tempore hyemis Lector.

QVAESTIO XXXIX.

Eodem libro.

AB hinc iam mense Septembris quatuor leguntur libri; Videlicet Thobias,

Biblioteca de Galicia

bias, Iudith. Hester, & Esdras. Quia, secundum Gulielmum; hi patienter aduersa sustinuerunt; & Ecclesia in fine mundi aduersa omnia pro Domino tolerabit. ¶ Sed Rupertus Abbas dicit Thobiam typum gerere prudentiæ, Iudith fortitudinis specimen; Hester temperantiæ speculum; Esdras iustitiæ decus, & sic vult ipse hos quatuor libros innuere quatuor uirtutes Cardinales, reddit enim ipse rationem de hoc ibidem. ¶ Amplius a Calendis Octobris, usque ad Nouēbrē leget lector libros Machabeorū: quia iste octauus mensis lætitiam resurrectionis signat: Quia sicut Iudęi finitis pręlijs, & instaurato templo in hymnis, & confessionibus benedicebant Dominum, sic in gloria resurrectionis, & magnæ festiuitatis deuictis diaboli prælijs Sancti, & iusti festinabunt, & gaudebunt. ¶ Insuper à Calendis Nouembris, vsque ad aduentum Domini leget lector libros Ezechielis, Danielis, & duodecim Prophetarum minorum. Ezechiel enim uidit quatuor animalia in figura quatuor Euangelistarum, quæ Natiuitatem, Passionē, Resurrectionem, & Ascensionem docuerunt; Isti ergo meritò ante Aduentum leguntur libri: quia clarius Christi

Eorum libro c. 25.

Iudith. 9.
Hester. 14

1. Machabæ. cap. 4.

Biblioteca de Galicia

aduentum prædixerunt. ¶ Deniq; ab aduentu Domini nostri Iesu Christi usque ad natale eius ipse Lector leget lectiones librorum Esaiæ, quia quanto ipse Esaias de Christo urbanius Prophetauit cæteris, tanto natiuitati eius legitur uicinius. ¶ In ipsa uero Domini nostri natiuitate non solum de illa legitur, & cantatur, sed etiam de causis ipsius festiuitatis, quod fit ad ostendendum magnum gaudium nobis cælitus datum. ¶ In prima uero dominica post natale legit Lector Epistolas beati Pauli ad Romanos ad ipsam pertinentes natiuitatem. ¶ In Epiphania Domini leget Esaiã. ¶ Ab octaua Epiphaniæ usque ad septuagesimam leget epistolas Paùli ad Corinthios, Galatas, Ephesios, Colossenses, Thimoth. Titum, & ad Hebræos, in quibus legitur de labore, & luctu, & pugna eius. ¶ A Septuagesima uero usque ad quadragesimam Genesis libros leget lector. ¶ Sed per totam quadragesimam ferè leget Euangelia, & Homelias sanctorum.

Cur

Biblioteca de Galicia

Cur lector post finem lectionum: succlamet: Tu autem Domine miserere nobis.

QVAESTIO XL.

QVOD in fine (inquit Rupertus) dicit lector. Tu autem Domine miserere nobis, hoc innuit, ne ipsum quidem officium prædicandi sine alicuius, uel leuis culpæ puluere posse peragi. Et quia Prædicator per terram ambulat, & pedes eius aliquo puluere sordidantur, iccirco misericordia Dei indiget, vt in hac lauetur parte; etiã si mundus sit totus. ¶ Sed Guilielmus sic ait, lectione finita, dicit lector: Tu autem Domine miserere nobis, quod neque de lectione est; neque ei continuatur; sed ille ad Deum sermonem dirigens se excusat, quasi dicat; Domine peccaui, legendo, forsitam modulatè pronuncians cupidine laudis humanæ, uel captando ventum humani fauoris: Et audientes similiter forsitam peccauerunt uanis cogitationibus intendentes, uel a lectione auditum auertentes.

Duran. lib. 5.

Nota.

Biblioteca de Galicia

In diuinum Officium

Chorus cur ſuccinit: Deo gratias poſt dictum: Tu autem Domine miſerere nobis à Lectore.

QVAESTIO XLI.

De Deo gratias ibidem.

QVOD uerò (inquit præfatus Durandus,) reſpondetur a cunctis; Deo gratias, non ad Tu autem miſerere Nobis; ſed ad lectionem refertùr. Eſt enim Vox Eccleſiæ, Deo gratias exoluentis, ac ſi dicat; Deus nos pauit verbis ſalutis, quæ ſunt cibus animæ, & pro huiuſmodi beneficio Deo gratias, ſupple, exoluimus. ¶ At Rupertus ſic: Quòd verò (inquit) Deo gratias ſuccinit chorus, non ad vltimam lectoris precem; ſed ad totam lectionem reſpicit. Gratias namque agimus Deo; quòd doctrinæ ſuæ panem nobis frangere dignatur, nè fame audiendi Verbum Dei pereamus.

Rupertus ibidem.

Reſpon-

Biblioteca de Galicia

Responsoria post lectiones quid indicent.

QVAESTIO XLII.

REsponsoria, inquit sępe dictus Rupertus Abbas, quæ post lectiones canimus nobis innuent sanctis monitis Dei factis nos respondere debere. ¶ At Guielmus ait: Ideo Responsoria post lectiones subijciuntur, quia per bona opera, quæ per responsoria significantur, debemus respondere doctrinæ, quæ per lectiones figuratur; ne cum seruo pigro, qui pecuniam Domini sui abscondit in tenebras exteriores mittamur. ¶ Dicuntur namque responsoria, quia lectioni respondere debent, & consonare: Vnde prædictus Rupertus ibidem ait: Tristia namq; tristibus, & læta lætis debemus succinere lectionibus. ¶ Vel ideo responsoria dicuntur, quia si forte lectiones sunt de actibus Apostolorum, responsoria sint similiter de eisdem. ¶ Vel dicuntur responsoria, quia uni cantanti cæteri concorditer respondent iuxta illud Apostoli; vt id ipsum omnes dicamus, & non sint in nobis scismata.

De Respõsorijs. lib.1.c.15. de diuino officio.

Duran. li. 5.cap. 2.

Matth.22.

Iudocus lib.2. de Respon.

Toletanũ Concil.4. c.15.tom. 2.c.

1.Cor.1.

Quam

Biblioteca de Galicia

Quamobrem in ultimo: siue tertio lectionum responsorio iterum illud pro parte repetamus.

QVAESTIO XLIII.

SEMIPLENE autē, siue pro parte repetitur tertium, siue ultimum responsorium, ad notandum ea, quę uiuentes facimus, imperfecta esse, & fit primo repetitio à remotiori, quo ad finem, ex postea à minus remoto.

Cur gloria Patri, & Filio, et Spiritui Sancto dicatur, dictis versibus vltimi, & tertij responsorij.

QVAESTIO XLIIII.

VLTIMO cognoscamus, quod ideò in tertio responsorio dicitur Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sācto. Quia omne desiderium, & seruitium ad Deum trinum est referendum. ¶ Vel quia nunquam sufficit, nec sufficiet fides incarnationis sine fi-

de

Biblioteca de Galicia

de Trinitatis, ideò succinitur Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.

Cur secundum nocturnum constet ex tribus Psalmis.

QVAESTIO XLV.

ATQVI Secundum nocturnum dominicæ diei tres habet Psalmos ob id; quoniam Legis representat tempus, tres habens distinctiones præannuentes hos tres Psalmos. Prima.n. distinctio fuit à Moyse, usque ad Dauid, in qua uigilauerunt Sacerdotes, ut Aaron cum docuit, quos exprimit Psalmus primus, scilicet: Conserua me, quorum Dominus pars fuit hereditatis, & calicis. ¶ Secunda distinctio fuit à Dauid usque ad transmigrationem Babylonis, in qua uigilauerunt Iudices, ut Gedeon. dum iudicauit, quos exprimit secundus Psalmus, scilicet, Exaudi Domine iustitiam meam: quorum iudicium prodijt de vultu omnipotentis. ¶ Tertia à transmigratione Babylonis, vsque ad Christum, in qua vigilauerunt Reges, ut Salomon dum populum rexit. quos insinuat tertius Psalmus:

De secundo nocturno.

1. Esdra. 1. 2. & 3.

2. Iudic. 8

2. Regũ. à 2. vsque ad 11.

Diligam

Diligam te, quos Dominus constituit super gentes.¶ Vel tres in secundo nocturno recitamus Psalmos; Propterea, quòd tres Sanctorum præcesserunt ordines: scilicet legislator cum suis imitatoribus; Psalmista similiter cum suis,& Prophetę:fuerunt namque aliqui aliqua doctrina legis contenti. Fuerunt &etiam aliqui,qui cum Dauid,uel admodum ipsius Domino Psalmos decantauerunt ante arcam eius.Fuerunt & Prophetę,quibus datum fuit corrigere Populũ doctrina, & Sapientia sibi à Deo data, & prędicere eis futura. propter hos ergo tres ordines,tres Psalmos dicimus. ¶ Præterea ad singulos Psalmos dicimus, Gloria patri, & Filio, & Spiritui Sancto cum antiphona: Quia isti Santi prædicti seruierunt prædictis personis, hoc est,indiuiduæ Trinitati.

Cõcil. Toletan. 4.c. 12. tom. 2.b.

Cur post secundum nocturnum lectiones Sanctorum Patrũ legãtur.

QVAESTIO XLVI.

QVONIAM vero lectiones Sanctorum Patrum obtinent uicem earum lectionum,quas Doctores faciunt ad igna-

Biblioteca de Galicia

ignaros, ut eorum doceantur doctrinam: Ideo nos quoque horum Sanctorum Patrũ lectiones legimus, ut eorum sancta opera imitemur, & doceamur uiuere ad illorum sanctissima instituta, per easque moneamur opera nostra retorquere in Deum.

Tertium nocturnum propter quid trium sit Psalmorum.

QVAESTIO XLVII.

PARI modo quemadmodum secundũ Dominicæ nocturnum ex tribus cõstat Psalmis, tempus subinsinuans legis, ita tertium etiam nocturnum tribus est prędituṁ Psalmis, nobis innuens tempus gratię, quod tres habuit distinctiones, propter quas nunc concinimus in hoc tertio Dominicę nocturno Psalmos. Prima si quidem tẽporis legis gratię distinctio fuit apostolicæ, & Euangelicæ Prędicationis, in qua uigilauerunt Apostoli, qui exprimuntur in Psalmo: Cæli enarrant, quia in omnem terram exiuit sonus eorum. ¶ Secunda temporis gratiæ distinctio fuit tempus impugnationis Per hæreses emergẽtes, in qua uigilauerunt

De tertio Nocturno.

Psal. 18.

Biblioteca de Galicia

Psal. 29. runt martyres, quos declarat Psalmus sequens, scilicet: Exaudiat te, quia Dominus Protexit eos in die tribulationis eorum. Tertia distinctio fuit tempus pacis, quando Psal. 20. uidelicet hæreses eliminatæ sunt, in qua uigilauerunt Confessores, quos innuit tertius Psalmus, scilicet; Domine in uirtute, qui non sunt fraudati uoluntate labiorum suorum.

Cur in tertio nocturno sanctum Christi legatur Euangelium.

QVAESTIO XLVIII.

NON est etiam omittendum, quid sanctum Iesù Christi Euangelium in tertio Dominicæ nocturno diligenter, reuerenterque legitur ob id, quod demum denotatur concordia, & consonantia legis Euangelicę, cum ueteri Testamento. Vnde illud Dei Ecclesia Pietatis affectu suscipit, veneraturque.

Conc. Triden. sess. 4. de Can. li.

Quid

Biblioteca de Galicia

Quid Homelia indicet.

QVAESTIO XLIX.

RVRSVS quoniam in officio matutino plerumque Euangelicæ lectiones subnectitur expositio illius ab aliquo Doctore sumpta, quæ homelia vulgo nũcupatur, quod id signat nomen etiam operę prætium est dinoscere. Homelia ergo dicitur colloquium, uel sermo ad populum aliquem Sanctæ scripturæ locum explanans. Descenditque a uerbo græco homilæo, quod sermocinari, & colloqui signat.

De Homelia.

Iudocus de horis Cano.

Cur post nonam lectionem: Te Deum laudamus, aut unum responsorium dicamus.

QVAESTIO L.

TE Deum laudamus, post nonę lectionis recitationem dicitur, aut omittitur: Quoniam ibi gaudium, & laudes cœli, & terrę, capitis, & membrorum significantur, sicut in Gloria in excelsis, Cœlum, & terra: Creator, & creatura: caput, & mem

De Te Deũ laudamus.

bra

Biblioteca de Galicia

bra cum laude, & gaudio nominantur. At responsorium dicitur, cum te Deum omittitur, in quo idem ferè habetur, quod & habitum est in lectione. Vnde dicitur responsorium. quia lectioni respondere, idest consonare debet, ut si forte lectiones fuerint de actibus Apostolorum, responsoria sint similiter de eadem. ¶ Cur autem in omni tertio responsorio faciamus semiplenam eiusdem repetitionem, & cur Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sãcto inseratur; etiam dictum est supra eodem tractatu, quæstione quadragesima tertia. ¶ Itaq; Antiphonæ ad dilectionem: Psalmi ad actionem: Versus ad exercitationem: Lectiones ad Dei cognitionem: Responsoria ad gaudium, & cantum Angelorum pertinent.

Epilogus.

Laudes Matutinæ quo consilio inductæ sint.

QVEASTIO LI.

De laudibus matutinis.

SEQVITVR modo, ut de laudibus matutinis aliqua dicamus, & quidem laudes matutinæ, & noui, & ueteris testamenti auctoritate inductę, adinuentæque sunt. Esdras si quidem Propheta populum Israeliticum

2. Esdra. 8. 9. & 1 P.

Biblioteca de Galicia

eliticum de babylonica captiuitate reuersum, docuit Deum laudare quater in nocte, & quater in die; ut unumquodque quatuor elementorum, ex quibus homo constat, per competentes horas obsequio se offerat Creatoris, de nocte uidelicet, in vesperis, in completorio, in nocturnis, in diluculo; hoc est in laudibus matutinis. De die uero, in prima: in tertia, in sexta, & in nona quem quidem ordinem Cõcilium Agathenense, de celebrat. miss. cap. I. approbat, & S. Dei Ecclesia seruat. ¶ At noui testamenti authoritate laudes mane aurora rutilante decantantur: Vnde tali hora Christus uictor a mortuis resurexit, quando quidem Mar. ait. Surgens Iesus mane prima sabbathi Laudes ergo matutinas, rubescente aurora, cantamus, scilicet in quarta Vigilia, cum ex authoritate ueteris, tum etiam ex authoritate noui Testamenti.

Concil. Agathen.

Mar. ult.

Laudes Vnde dictæ ipsæ sint.

QVAESTIO LII.

AD Hæc laudes dicantur, quod illud officium laudem præcipuè sonat diui-

Nota:

Biblioteca de Galicia

nam, quam ei facimus pro eo, quòd à tenebris erroris nos ad lucem, seu uiam ueritatis reduxit, & ad tentationes diaboli repel
Isai. 26. lendas. Vnde Esaias: Experge scimini, inquit, & laudate, qui habitatis in puluere. Quia ros lucis est.

Qua de causa quinque Psalmi in Laudibus matutinis cantantur.

QVAESTIO LIII.

De Psalmis laudum. IN matutinis autem laudibus quinque (dico quinq; ob id quòd duo Psalmi, uidelicet, Deus Deus meus, & Deus miserea tur nri, unius, & tres ultimi, scilicet, laudate cantate, & laudate Dominum vnius, & itē alterius uicem tenent) exoluuntur à nobis Psalmi, ut quinque sensuum reparatio notetur, ac ꝑꝑ quinque status Ecclesię. ¶ Pri
Psal. 91. mus si quidē Psalmus, hoc est, Dominus regnauit, in quo laudatur Deus, qui firmauit Orbem terrę in fide, scilicet, & resurrectio
Psal. 99. ne, ad Christi regnum pertinet. ¶ Secundus, nempe Iubilate, ad statum Confessorum pertinet: Vnde ibi dicitur: Introite por

tas

Biblioteca de Galicia

tas eius in confessione .¶ Tertius Psalmus scilicet, Deus Deus meus cum sequenti signat statum martyrum, qui sitiunt ad Dominū: Vnde dicitur ibi: Sitiuit anima mea: Et quoniam tota nostra sitis, & intentio debet esse in Trinitate, & ad Trinitatem, ideò subsequitur Psalmus: Deus misereatur nostri. in quo tota Trinitas notatur, dum ibi dr̄: Benedicat nos Deus Deus noster cum reliquis: in quibus ter Deus propter Patrem Filium, & Spiritum Sanctum nominatur. ¶ Quartus Psalmus, cuius loco dicitur Canticum trium puerorum, scilicet; Benedicite; statum Antichristi portēdit. ¶ Quintus demum Psalmus, hoc est, Laudate Dominum cum duobus sequentibus, scilicet: Cantate, & Laudate Dominum in Sanctis, statū illū indicat, in quo, & quando post mortem Antichristi conuertentur Iudæi, & proinde in fine huius quinti, & ultimi Psalmi dicitur Gloria Patri, & reliqua.

Psal. 62.
Psal. 66.
Psal. 3.
Psal. 148.
Psal. 149.
Psal. 150.

Biblioteca de Galicia

In diuinum Officium

Cur in fine Cantici trium Puerorum, quod Benedicite omnia opera Domini incipit, non dicitur Gloria.

QVAESTIO LIIII.

De Cantico Triũ Puerorũ.

SED Aduertendum eſt, quòd in calce Cantici triũ puerorum; Benedicite omnia opera Domini Dño incipientis, haud quaquam Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſanto dicitur, quoniam in ipſo diſtinctè tota Trinitas notificatur, & laudatur Deus in creaturis: ac etiam ob id, quòd vltimus uerſus illius idẽ dicit, quod Gloria Patri: & in diuinis ſcripturis nihil ſuperuacuum eſſe debet. Vnde ipſum ſæpe dictum canticum tres habet partes; in prima enim inuitãtur ſuperiores creaturæ ad laudandum Deum, & ad laudem Creatoris, ſcilicet, qui ſunt ſupra cælum, quæ in cælo, & quæ in aere. In ſecunda inuitãtur creaturæ terrenæ, & quæ mouentur in aquis. In tertia inuitantur omnes ſpiritus, & animæ, ut cum omni creatura Domino Benedicamus; Quia ſicut Nabuchodo-

Daniel. 3.

Biblioteca de Galicia

buchodonosor, & caminum ignis illi tres pueri euaserunt, sic nos per eum, & diabolum, & inferni incendium euasimus.

Cur præmemoratum Canticum in Dominica, & in festis duntaxat; non autem in ferijs recitetur.

QVAESTIO. LV.

COETERVM hoc idem Cãticum bene conuenit, vt dicatur die dominico, & quolibet festiuo: quandoquidem prima die Dominus vniuersa creauit, & per suam resurrectionem postmodũ innouauit, ideoq; in ea, & in festis, quæ ræsurrectionem dominicam imitantur; dicitur, in quo die creaturæ ad Creatoris laudem inuitantur. Genes. 1. Festa q̃d indicent.

Quid significent Psalmi laudum, in quantum vero sunt reuera octo.

QVAESTIO LVI.

DICI autem potest, quòd in laudibus matutinis octo dicuntur Psalmi, eò, Psal. laudum octo quid.

Biblioteca de Galicia

quòd Officium istud mysticè recolit statũ Ecclesiæ ab initio apostolicæ stabilitatis, usque ad perfectionem electorum, qui in fine mundi futuri sunt sub hoc enim statu octo ordines Ecclesiæ, siue electorum in Ecclesia sancta per baptismum saluati reperiũ
Genes. 7. tur, sicut in arca Noè octo animæ illos significantes, per eam saluatæ sunt: Et sic per diluuium accipe baptismum; Per arcam uero Ecclesiam. Primus ergo ordo Ecclesiæ, siue electorum, qui saluatus est, fuit ordo primitiuæ Ecclesiæ in populo Iudaico conuersantis, qui, quæuè per prædicationem Christi reformatus, reformatauè, & ædificatus, ædificatauè fuit; Vnde dicitur in primo Psal-
Psal. 91. mo: Etenim firmauit orbem terræ. ¶ Secundus ordo, qui saluatus est, fuit primitiuæ Ecclesiæ imitantis per prædicationem Domi-
Psal 99. ni, & Apostolorum omnem terram, hoc est, omnem gentem ad iubilandum Deo monentium, quod Secundus innuit Psal-
Psal. 62. mus; Iubilate Deo omnis terra. ¶ Tertius ordo fuit Gentilitatis credentis. ¶ Quartus erit resipiscẽtis Iudaici populi ꝑ Enoch, & Heliam conuersi, quem ad Deum conuersum esse, & misericordiam poscere monstrat quartus Psalmus: Dominus misereatur

Biblioteca de Galicia

tur nostri. ¶ Quintus erit eorum, qui futuri sunt tempore Antichristi, cuius figuram præcessit Nabuchodonosor, qui Antichristus licèt tribulauerit Sanctos utriusq; populi, non tamen desistent benedicere Deum, ad instar trium puerorũ, quos Deus liberauit de camino ignis ardentis, qui per illud quintum canticum, Benedicite, recoluntur. eo enim tempore iusti purgabũtur, velut in camino ignis, non tamen urentur. ¶ Sextus, septimus, & octauus ordo erit eorum, qui uniuersaliter ex trib. mundi partibus; Asia, scilicet, Africa, & Europa conuertendi, & colligendi sunt, qui post Antichristi persecutionem, & eius mortem maiori pace fruentur usque ad diem Iudicij, quique in tribus mundi partibus de tribulationibus emergerint, regnaturi cum sponso Ecclesiæ, celebrabunt laudes Dei, quæ continentur in illis tribus Psalmis, scilicet; Laudate Dominum de cælis; Cantate Domino canticum nouum, & Laudate Dominum in sanctis eius.

Dan. 3.

Psal. 148.
Psal. 149.
Psal. 150.

Biblioteca de Galicia

Cur Psalmi: Deus, Deus meus: & Deus misereatur nostri combinantur; & sub vno Gloria Patri; & sub vna Antiphona dicuntur.

QVAESTIO LVII.

Psal. 62.
Psal. 66.

PSALMI autem Deus, Deus meus, & Deus misereatur nṕri, propterea combinantur sub vno Gloria Patri, & sub una Antiphona dicuntur, quòd alter sitim ad Deum significat, alter sanctissimam notat Trinitatem. Igitur ad significandam sitim, & desiderium continuum ad Deum hoc fit. ¶ Vel ad notandum, quòd ante persecutionem Antichristi populus Gentilitatis credentis, qui recolitur per primum Psalmum, & Iudaicus populus resipiscens, qui recolitur per secundum, unum erunt in fide, & postquam hi coniuncti erunt; veniet Antichristi tribulatio. ¶ Vel quia primus Psalmus dilectionem Dei (unde in eo dicitur: Sitiuit in te anima mea) Secundus proximi dilectionem significat, quæ ita connexæ sunt, ut una sine altera in Christiana profes-

sione

Biblioteca de Galicia

ſione non habeantur. ¶ Vel ideo in primo non dicitur Gloria. Quia in eo de miſeria generis humani agitur, ut ibi dicitur: Sitiuit in te anima mea. ſed in ſecundo ideò dicitur Gloria Patri, quia in eo de miſericordia Dei agitur, per quam humano generi bona conferũtur, & mala remouentur.

Quam ob rem tres vltimi laudum Pſalmi ſub vna Antiphona, & ſub vno Gloria dicantur:

QVAESTIO. LVIII.

IDEO autem Pſalmi tres ultimi laudũ, uidelicet; Laudate Dominum de cælis: Cantate Domino: Et Laudate Dominum in ſanctis ſub vna Antiphona, & ſub uno gloria dicũtur, quia hi ordines electorum, qui ex dictis tribus mundi partibus colliguntur ſine aliquo interuallo ſimul erant, & pariter glorificabuntur. Pſal. 148. Pſal. 149. Pſal. 150.

Quid

Biblioteca de Galicia

Quid capitulum in laudibus indicet.

QVAESTIO. LIX.

De Capitulo. PORRO post Antiphonam sequitur capitulum, per quod fit exhortatio, nè deficiamus in uia. ¶ Capitulum autem, quod dicitur ferè per annum, est illa adoratio angelorum dicentium: Benedictio, & claritas &c. ¶ Aliquando vero Capitulum dicitur: Nox præcessit, scilicet per annum in feriali Officio. Vbi exhortamur in fide pseuerare, misericordiæ operibus intendere, & opera tenebrarum abijcere, & arma lucis induere, & consolamur per repromissionem Gloriæ.

Apocal. 7.

Rom. 13.

Particula, Amen, post capitulum quid importet.

QVAESTIO. LX.

De Amē. QVIA uero in fine capituli succinitur, Amen, immo, & in fine omnium orationū Ecclesiasticarum; quid nam illa significet, ideo silentio nō est prætereundū.

Dica-

Biblioteca de Galicia

Dicamus ergo talem dictionem in calce orationum positam, optantis esse particulam, idemque significare, quod fiat, siue cõpleatur illud, quod in oratione, ante habita postulatum est, in qua quidem significatione sæpius in sanctis sumitur eloquijs: & præsertim in Deuteronomio, dum dicitur, & respondebit omnis populus, & dicet Amẽ. apud Thobiã dicitur similiter. Cumq; oẽs dixissent, Amen; accesserũt ad conuiuium. ¶ Sed in sacris Euangelijs hæc dictio alteram habet admodum frequentem acceptionem, quæ assertoria, siue affirmatoria est particula, tantum ualens, sicut uerè, uel in ueritate, ut cum dicitur in Euangelio, Amen dico tibi, Amen dico uobis, & Amen, Amẽ dico uobis. ¶ De Deo gratias autem supra tractatu secundo, Questione quadragesima prima.

Deutero. 27.

Cur post capitulum Laudum non dicantur responsoria.

QVAESTIO LXI.

SED post capitulum laudum, & earum breuem lectionem ob hoc minime responsoria

Ioan. 11. Matth. 6.

Biblioteca de Galicia

ſponſoria dicuntur, quod uideretur ſuperfluũ propter reſponſoria in nocturnis dicta: ſi quidem hodie & nocturnę, & matutinæ, laudes eædem cenſentur cum ubique coniunctim canuntur &c.

Cur laudes Matutinæ. Veſperæ, & completorium à cæteris differant horis diurnis.

QVAESTIO. LXII.

OB id autem in matutino officio in prima, tertia, ſexta, & nona hymni præcedunt Pſalmos: quia dies pertinent ad ſpirituales, qui habent gaudium conſcientiæ: Iccirco ſpirituales exultatione inducuntur in operationem, quæ per Pſalmos ipſa deſignatur: pænitentes uero per operationem oportet uenire ad exultationem, hoc eſt, ad Euangelicam lætitiam, quæ per hymnum ſignificatur.

Poſt

Biblioteca de Galicia

Post hymnum dictum quid notet uersiculus, qui dicitur.

QVAESTIO. LXIII.

POST dictum autem hymnum, sequitur uersus: Nam per canticum Zachariæ, quod statim sequitur, promissio notatur. at nos tardi sumus ad credendum promissionibus, ideo præmittitur alta uoce, ut excitemur ad credendum Dei promissa.

Cur dicatur Zachariæ Canticum post versum.

QVAESTIO. LXIV.

AD hæc Benedictus Dominus Deus Israel etiam in laudibus matutinis post versiculum canimus, nè de beneficio, quod in nos contulit abunde satis, ꝙ uisitauit nos existentes in miseria, & quòd fecit redẽptionem plebis suæ, ingrati esse uideamur: ideo in laudem Dei canentes canticũ hoc Zachariæ prorumpimus. ¶ Rursus ideò Benedictus hoc loco dr̃. Quia in eo agitur de Præcursore illius, q̃ in sexta ætate uenit, & iste

De Benedictus. Luc. 1.

Biblioteca de Galicia

& iste est sextus Psalmus in laudibus iuxta distinctionem supra a nobis datam.

Cur hoc canticum stando dicatur.

QVAESTIO LXV.

ET Nota, quòd non solum hoc Zachariæ canticum, sedet canticum Beatæ Mariæ Virginis, scilicet, Magnificat anima mea dominum, stando, canitur, quia sunt Euangelica. Euangelium autem, ut præcepit olim Beatus Anastasius Papa, stando, & non sedendo auditur, & canitur, ut ad prælium pro Christi fide seruanda promptitudo in nobis notetur.

Luc. 1.
De consec. dist. 2.
c. apostolica.

Quid Antiphona post Benedictus indicet.

QVAESTIO LXVI.

Luc. 1.

FINITO autem sæpe dicto cantico, scilicet, Benedictus Dominus Deus Israel, repetitur antiphona. quia dilectionem, siue deuotionem, quam in laudando Deum habere debemus, significat.

Quid

Biblioteca de Galicia

Quid oratio post omnia insinuet.

QVAESTIO. LXVII.

VLTIMO tandem loco post repetitã Antiphonã sequitur ipsa oratio, per quam est impetranda promissio. Oratio quid.

Quid Benedicamus Domino indicet post orationem.

QVAESTIO LXVIII.

FINALITER post orationem dicimus Benedicamus Domino. quod desum ptum uidetur ex Cãtico trium puerorum, uel ab Apostolo:& dicitur a pueris sæpenumero ad notandum omnia opera nostra im perfecta esse, iuxta illud, Imperfectum meũ uiderunt oculi tui. De Benedicamus Domino. Dan.3. 1. Cor. 9.

Deo gratias quid denotet.

QVAESTIO. LXIX.

CHORVS uero gratias agens dicit: Deo gratias, per quod significatur, quusque

Biblioteca de Galicia

q̃ue in finem uitæ noſtræ innocentiam debe mus ſeruare, & Deo benedicere, & ei pro beneficijs gratias exoluere. ¶ Vel Benedica mus Domino, cum Deo gratias, eſt laus finalis, & exultatio ineffabilis, quæ erit in gloria cum gratiarum actione. ¶ Vel Deo gratias, eſt de cõſummato curſu gratiarũ actio. ¶ Sed cum huc usq; dictum ſit a nobis de dominicæ nocturnis, modo operę prætium eſſe uidetur, ut de nocturnis ferialibus, ac eorum pertinentijs dicamus, & infraſcripta ſupradictis annectamus, dicentes in primis:

Cur in nocturnis ferialibus duodecim Pſalmos cantemus.

QVAESTIO LXX.

De 12. Pſalmis Ferialib.

Caſſianus Eremit. li 2. cap. 4. & 5.

Nota

SED non uacat a myſterio numerus duodecim Pſalmorum, quos in ſingulis ferialibus exoluimus nocturnis. Et quidem in illis duodecim dicimus Pſalmos, ut nos Deo debere ſeruire in duodecim noctis horis oſtendamus, cuilibet horę unum pſalmũ attribuentes, cum non poſſumus iugiter Deo ſeruire. Olim quidem uarij Pſalmi canebantur

Biblioteca de Galicia

nebãtur, alij siquidẽ quinquaginta, alij plures pauciores dicebant: sed Angelo reuelante, Sancti Patres cõuenerunt, ut duodecim dicerentur.

Cur in ferialibus nocturnis Psalmi bini, bini recitentur.

QVAESTIO LXXI.

PORRO cuiuscunq; ferialis nocturni Psalmi bini, & bini concinuntur a nobis ad notandum, quòd sine charitate, quæ ad minus (secũdum Gregorium) inter duos consistit, laudes nostræ, uel opera nostra nihil prosunt. Greg. in 7. Lucæ.

Lectiones tres, quæ in vnoquoq; feriali nocturno leguntur, quid significent.

QVAESTIO LXXII.

TRES quoq; lectiones, quas post Psalmorum decantationem legimus, doctrinã electorum trium temporum annunciant. Luc. 12. Greg. & Haymo. in luce. 12.

Biblioteca de Galicia

¶ Vel quia Dominus posuit tres vigilias, dicens; Et si uenerit in secunda uigilia, & si in tertia uigilia uenerit, & ita inuenerit, beati sunt serui illi, quæ tres uigiliæ, tres (secundum Beatum Gregorium, & Haymonem) ætates hominis, scilicet, pueritiam, iuuentutem, & senectutē, in quibus bene uigilantes, Deum laudare debemus.

Tria responsoria post lectionem quid annotent.

QVAESTIO LXXIII.

NOVISSIME uerò tria post lectiones succinimus Responsoria, ad notandū quod quicquid Electi in tribus temporibus docuerunt, & quicquid in prædictis tribus ætatibus agimus: ad Domini Trinitatem referimus, & Trinitatem in fide, spe, & charitate glorificamus.

Pro-

Biblioteca de Galicia

Propter quid in laudibus ferialibus, Non dicitur, Dominus regnauit sed Psalmus Miserere.

QVAESTIO LXXIV.

SED hoc attendendum est etiam, quod Psalmus nonagesimus primus, qui in dominicis laudibus primus est Psalmus, scilicet, Dominus regnauit, commutatur in ferialibus laudibus in Psalmum quinquagesimum, scilicet Miserere, qui est Psalmus pœnitentialis. Hoc autem fit, quoniam dies dominici, & festiui, resurrectionem recolũt Sãctorum, qui fuerunt ab initio, & erunt usque in finem sæculi, ideò in dominicis, & in festiuis laudibus recolentes regnum Domini, quod etiam adeptus est ipse post resurrectionem eius a morte corporis, siue etiam Gloriã recolentes resurrectionis Electorũ, canimus Psalmum, Dominus regnauit. Psal. 92. Psal. 50. Nota.

¶ Dies uerò feriales, peregrinationes recolunt ipsorum sanctorum, & pęnitentiam, & proinde in ferialibus laudibus dicimus primum Psalmum, Miserere mei Deus, rememorantes, ac recolẽtes nostram resurrectio Nota.

Biblioteca de Galicia

nem a morte animarum per pęnitentiam, uel Electorum recolentes peregrinationē, & pęnitentiam, siue conuersionem.

Qua de causa Psalmus Iubilate, secundus laudum, in ferialibus laudibus omittatur, & alter loco illius cantetur.

QVAESTIO LXXV.

Psal. 90.

AD hæc loco secundi Psalmi. s. Iubilate, qui in dominicis, & festiuis diebus dicitur, sex Psalmi in sex ferijs dicuntur, quoniam quemadmodum primitiua Ecclesia prædicatione sanctorum accepit hæreditatem, & postea ad gentes intrauit, sic & Gē tilitas credidit: Et sicut Iudaicus populus prædicatione sanctorum ipse in fine resipuit, & qui sub tempore Antichristi futuri sunt, persecutionem, & tribulationem euadent, & populi post eius prædicationem ex tribus mundi partibus colligentur: ita & in loco Psalmi Iubilate, qui sanctorum prædicatio-

Biblioteca de Galicia

cationem continet, dicitur in secunda feria Psalmus: Verba mea, qui est uox Ecclesia ad hereditatem Domini vocatæ. ¶ Item in tertia feria dicit Psalmus: Iudica me Deus, qui recolit, quando primitiua Ecclesia intrauit ad gentes. ¶ In qua quarta uerò feria canitur Psalmus, Te decet, qui cantatur in figura gentium, quæ ab Idolis conuersæ sunt ad Deum: ¶ Amplius in quinta canitur feria Psalmus, Domine refugium, qui intitulatur sic, Oratio Moysi, hominis Dei congruentis resipiscentiæ Iudeorum. ¶ Præterea in sexta feria Psalmus, Domine exaudi orationem meam, a nobis canitur, quem Dauid cantauit, quãdo filius suus eum persequebatur, persecutionem Antichristi significans. ¶ In sabbatho demum dicimus Psalmum, Bonum est confiteri Domino, qui sic intitulatur, Psalmus cantici in die sabbathi, idest, quietis, figurans sanctos a tribus mundi partibus collectos post Antichristi persecutionem, fore in quiete mansuros, & Domino canere, & psallere. ¶ Itaque præmissi sex Psalmi ideò ita ordinãtur, ut in eis notari possit ordo christianæ conuersionis.

Psal. 5.
Psal. 42.
Psal. 64.
Psal. 89.
Psal. 142.
Psal. 91.

Biblioteca de Galicia

Vt quid canticum trium puerorum, ſcilicet, Benedicite omittatur, & alia in loco eius cantica in feriali Officio dicantur.

QVAESTIO LXXVI.

Daniel 3.

HOc etiam non eſt ſilentio prætereundum, quòd loco cantici trium puerorum, ſcilicet, Benedicite, qui in dominicis, & feſtiuis dicitur diebus, ſex cantica in ſex ferijs dicuntur, quia ſicut canticum illud continet gratiarum actiones trium puerorum, ita & in canticis continentur gratiarũ actiones canticorum. ¶ Moyſes autem legitur primus inſtituiſſe cantica, quando Pharao ſubmerſus eſt: deinde Debora nõ ignobilis fęmina in libro Iudicum, poſtea uerò uiri, & fęminæ.

Exod. 15.

Iud. 5.

Cur

Biblioteca de Galicia

Cur Psalmus laudum tertius, scilicet Deus Deus meus, cum sequenti: & Psalmus quintus, scilicet, Laudate, cum sequenti, non mutentur vnquàm.

QVAESTIO LXXVII.

SED Psalmus tertius laudum diei dominicæ, uel feriæ, est idem semper, nec vnquam omittitur: quia nullum fuit tempus nec erit, in quo animæ iustorum non sitiãt ad Deum fontem viuum, & in quo non laudent Dominum in Excelsis: proinde factũ est etiam, ut neq; tres ultimi Psalmi, scilicet Laudate, Cantate, & Laudate ult. vnquàm prætermittantur.

Psal. 62.
Psal. 66.
Psal. 148.
Psal. 149.
Psal. 150.

Biblioteca de Galicia

DE ALIQVIBVS MYSTERIIS diuini Officij, Aduentus, Septuagesimæ, Quadragesimæ, & Paschatis.

Tractatus Tertius.

SVMMA.

1 *Diuinum Officium vt quid à tempore aduentus Domini inchoetur.*

2 *Antiphonæ Dominicæ Aduentus, qua de causa terminentur per Alleluia.*

3 *Responsorium Dom. primæ Aduentus, cur tres habeat versus.*

4 *In primo noctur. Dominicæ Aduentus, cur in Responsorio primo fiat triplex repetitio.*

5 *Primum responsorium Dom. primæ Aduentus, propter quid repetatur.*

6 *Responsorium secundum vnde desumptum sit.*

7 *Antiphonæ laudum Matut. Aduẽtus, a quibus excerptæ sint author.*

8 *Antiphonæ cur ab vno inchoentur, & à pluribus finiantur.*

Anti-

Biblioteca de Galicia

9 Antiphonæ 7. ante Natiuitatem Domini, quid significent.
10 Antiphonæ cur non sint neque plures, neque pauciores, quàm septem.
11 Per has septem Antiphon. quid nobis Ecclesia voluerit ostendere.
12 In prima Antiphona quid petamus.
13 Quid in secunda petamus.
14 Quid in tertia Antiphona.
15 Quid petamus in quarta.
16 Quid in quinta petamus Antiphona.
17 Quid in septima desideramus Antiphona.
18 Antiphonæ prædictæ septem, quam ob rem per O. incipiant omnes.
19 Antiphonæ prædictæ, cur in vesperis dicantur.
20 Quid per sapientiam intelligamus.
21 Quid per Adonay intelligatur.
22 Quid per Radix Iesse intelligendum sit.
23 Quid per O clauis Dauid intelligere debeamus.
24 Quid per Emanuel voluit intelligi Ecclesia.
25 Vigiliæ Natiuitatis Domini, Inuitatorium quid recolit.
26 Quid in Vigiliæ Natiuit. Domini officio fiat.

Inui-

Biblioteca de Galicia

27 *Inuitatorium in Natiuit. Domini nostri Iesu Christi, quid significet.*

28 *Psalmi qui dicuntur in natiuitate D. N. Iesu Christi, quid innuant.*

29 *Nocturni illius Natiuitatis, quid indicent.*

30 *In primis duob. Nocturnis illius Natiuit. cur non addatur Antiphonis alleluia.*

31 *Cur Antiphonis tertij nocturni adijciatur alleluia.*

32 *Quid in primo, & secundo Responsorio huius sanctissimæ natiuitatis Domini continetur.*

33 *Epistolæ Pauli cur legantur post natiuitatem Domini usque ad Septuagesimam.*

34 *Inuitatorium cur non dicatur in Epiphania.*

35 *Inuitatorium cur in tertio potius quàm in primo, & in secundo Epiphaniæ nocturno dicamus.*

36 *Inuitatorium Epiphaniæ, ut quid per hebdomadam dicatur.*

37 *Ab octaua Epiphaniæ, Responsoria omnia sunt Dauid vsque ad Septuag.*

38 *Alleluia, cur iteretur in sabbatho ante Septuagesimam.*

39 *Alleluia, cur intermittimus a Septuages. vsque*

Biblioteca de Galicia

vsque ad fer. quintam cœnæ Domini.

40 Te Deum Laudamus non dicimus à Septuages. vsque ad Pascha.

41 Alleluia, & laus tibi Domine, an æquipolleant.

42 Psalmi, Dominus regnauit, & Iubilate, cur deponantur, & Psal. Miserere, & Psal. Confitemini, in laudibus Septuages. vsq; ad Pascha loco eorum dicantur.

43 Psalmus Confitemini, cur loco Psal. Dominus regnauit, dicatur ad primam in Septuag.

44 Tempus Septuagesimæ, siue Officium quid nobis repræsentet.

45 Liber Genesis cur legatur in Septuagesima.

46 Sexagesima quid signet.

47 Quinquagesima quotuplex sit.

48 Quinquagesima dierum quotuplex.

49 Quinquagesima annorum quotuplex.

50 Psalmorum quinquagesima quotuplex.

51 Quinquagesima quid indicet.

52 Quadragesimam cur faciamus.

53 Quadragesima cur dicatur potius quàm quadragesima sexta.

54 Passionis Officium cur auspicetur a Dominica quinta Quadragesimæ.

Hymnus

Biblioteca de Galicia

55 Hymnus, Vexilla Regis, ad quid cantetur ab Ecclesia.

56 Passio Domini, cur duabus hebdomadis re volatur ante Pascha.

57 Tempore passionis, cur finito Venite exul temus, non dicatur Gloria Patri, nec ēt in Responsorijs.

58 In hymnis, cur Gloria non taceatur.

59 In triduo ante Pascha, vt quid omninò supprimatur Gloria Patri.

60 In Dominica Passionis, propter quid legan tur lectiones Hierem. Prophetæ.

61 Responsorium ad Cap. cur non dicamus ad Primam in Dominica Passionis.

62 Commemorationes cur non fiant à Sabba tho Domin. Passionis vsq; ad octauam Pentecost.

63 Inuitatorium cur non dicitur in quinta Feria cœnæ Domini.

64 Hymnus in prædicta die quare non dici tur.

65 Post lectiones illo carentes die, non dici mus, Tu autem Domine miserere nobis.

66 Cur post prædictas lectiones succinamus Hyerusalem, Hyerusalem &c.

67 Hyerusalem, cur bis repetatur post Lectio nes.

Quid

Biblioteca de Galicia

68 Quid per nouem Psalmos, & nouem lectiones, & totidem Responsoria illius noctis officij intelligamus.

69 Alphabetum Hebraicum, ut quid inseratur in Lamentationibus illius prædicti Officij.

70 Literæ Hebraicæ insertæ in primis lectionibus Feriæ quintæ, quid contineant.

71 Primæ quatuor literæ uti interpretentur.

72 Secunda literarum connexio quomodo intelligatur.

73 Tertia literarum connexio quomodo intelligatur.

74 Quid per quartam sumamus connexionem.

75 Quid per quintam connexionem doceamur.

76 Sexta literarum connexio quid nobis indicet.

77 Septima, & ultima prædictarum literarũ connexio, quid sibi velit.

78 Candelæ vt quid in fine huius triduani officij extinguantur.

79 Candelæ quamobrem non simul omnes extinguantur.

80 Cãdela, quæ est in medio aliarum, propter quid non extinguatur, sed occultetur.

Candela,

Biblioteca de Galicia

81 Candela, quæ vltimo extinguitur loco, cur sit omnibus alijs maior.

82 Lampadum extinctio, & aliorum luminũ quid significet.

83 Ad Benedictus ad quid sic omnia extinguantur lumina.

84 Tumultus ad Benedictus, ob quã causam fiat.

85 Post orationem, cur sub silentio dicatur Pater noster.

86 Frangor, strepitusvè, aut sonitus quid insinuet.

87 Officium Beatæ Mariæ Virginis, cur ab hac die usque ad octauam Pentecostes omittamus.

88 Mortuorum officium, cur in hoc tempore intermittatur.

89 Mortui vtrum sentiant dispendium propter quod hoc tempore non exsoluimus eorum officium.

90 Parasceue quid signet.

91 Feria sexta, hoc est dies Veneris sancti, quæ priuilegia habeat.

92 Sabbathum sanctum quam ob rem dicatur sabbathum sanctum.

93 Vesperæ sabbathi sancti, cur ita sint breues.

Hymni

Biblioteca de Galicia

94 Hymni cur in sabbatho sancto inclusiuè non dicantur usque in Domin. in albis.
95 Paschale tempus quid insinuet.
96 Pascha quid, & vnde:
97 Pascha, cur potius græcè, quam Hebraicè nominetur.
98 Ad exprimendum prædictum transitum vt quid potius Græco, quàm Latino vtamur vocabulo.
99 Pascha cur semper celebretur in die dominico.
100 Paschatis septimana propter quid tres tantum Psalmos, tres Antiphonas, & totidē lectiones cantet.
101 Ad Primam Paschatis, quam ob rem non fiant petitiones, obsecrationes, & postulationes.
102 Preces, ut quid ad primam Paschatis diei non dicantur.
103 Capitulum ad Primam in die paschatis, cur non dicatur.
104 Septimana paschatis quid significet.
105 Cur per totam Paschatis hebdomadam dicatur, Hæc dies, quam fecit Dominus.
106 Vt quid per totam septimanā Paschatis de resurrectione Domini semper in officio agamus.

Domi-

Biblioteca de Galicia

107 Dominica cur sic appelletur.
108 Rogationes quid sint, & quando fiant.
109 Litaniæ cur græco denominentur uocabulo.
110 Litania quotuplex sit.
111 Litania minor quando fiat.
112 Litania maior quando fiat.
113 Litaniæ cur Cruces nigræ uocitentur.
114 In Processionibus Crux, uexillaq;, & arca reliquiarum cur præcedant.
115 Vnde Ecclesia sumpsit, ut in processionib. vexillum Crucis portaretur.
116 Litaniæ propter quas alias causas fiant.
117 Litaniæ quo tempore fiant.
118 Differentia inter ascensionem, assumptionem, & euolationem.
119 In officio Ascensionis Domini quot considerari debent.
120 Pentecoste quid sit.
121 Alleluia cur in pentecoste sic frequentetur.
122 In pentecoste cur legamus solum tres Antiphonas, tres Psalmos, & tres lectiones.
123 Antiphonæ diei pentecostes, cur terminentur per duplex Alleluia.
124 Quid septem dies, hoc est, tota pentecostes octaua cum tribus Psalmis, Antiphonis,

&

Biblioteca de Galicia

& totidem Lectionibus indicent.

125 *Sanctæ Trinitatis festum propter quid post natiuitatem, & Christi resurrectionem, & post Pentecostem celebretur.*

126 *Libri Regum, cur post Pentecostem legantur.*

127 *Corporis Christi festum, cur solenniter quotannis celebretur.*

128 *Quæ mirabilia in Christi corpore veniãt consideranda.*

Cur diuinum Officium à tẽpore Aduentus Domini inchoetur.

QVEASTIO I.

QVARE autem à tempore Aduentus Domini Nostri Iesu Christi Officiũ Ecclesiasticum inchoetur, patet, quia per aduẽtum Domini, noua facta sunt omnia. Vnde Apoc. 21. Ecce noua facio omnia: Ideo in honorem Aduentus Domini à tempore prædicto, & renouationis incipit Ecclesia suum Officium. Apoc. 21.

Biblioteca de Galicia

In diuinum Officium

Quam ob causam Antiphonæ Dominicarum Aduentus terminentur per Alleluia.

QVAESTIO II.

NOTANDVM autem est, quòd in Aduentus Domini Officio omnes Dominicæ Antiphonæ terminantur cum Alleluia, ad significandũ gaudium de certitudine Aduẽtus Saluatoris habitum: vt in Matutino Officio sit quasi prædictio; & in Matutinis Laudibus notetur exultatio.

Responsorium Dominicæ primæ Aduentus quam ob rem habeat tres versus.

QVAESTIO III.

Nota. PRAETEREA primum responsorium primæ Dominicæ Aduentus Domini insolito quidem modo tres habet uersus, ad notandum, quòd iste sanctus Domini Aduẽtus saluat homines trium temporũ, scilicet

Biblioteca de Galicia

ſcilicet qui fuerunt ante legem, vt Adam, & cæt. & ſub lege, ut populum Iſraeliticum; & ſub tempore gratiæ, vt omnes Chriſticolas. ¶ Vel ideò primum Reſponſorium tres habet Verſus, & unum Gloria, ad annũcian dum nobis quatuor Domini Aduentus, nempè in carnem, ſcilicet in vtero Virginis aſſumptam; in mentem, vt quotidie fit deſcenſus in cordibus fidelium per Spiritum Sanctum: de quo Ioannes; Ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Et Sapiens; Domine mitte Sapientiam tuam, vt mecum ſit. Tertius aduentus in morte cuiuſlibet: Vnde Iacobus ait; Patientes eſtote, vſque ad aduentum Domini. & Matthe. Si ſciret paterfamilias, qua hora furueniret, &c. Quartus erit in maieſtate, qui erit in die Iudicij: Vnde Eſaias: Dominus ad iudicium ueniet cum ſenioribus populi ſui. ¶ Vel ideò tres eius ſunt verſus; quoniam lex, & Pſalmodia, & Prophetia hunc Saluatoris Aduentum prenuntiauerunt. ¶ Vocat ergo alma Mater Eccleſia in hoc Reſponſorio homines ante legem, eosque qui ſub lege erant, & Chriſtianos: & ait ad primos; Ite obuiam ei. Ad ſecundos dicit. Qui regis Iſrael intende, qui deducis &c. Ad tertios,

Io. 14.
Sap. 9.
Iaco. 6.
Matth. 23
Eſai. 3.
Nota.
Pſal. 79.

Biblioteca de Galicia

Psal. 13. ſcilicet ad Chriſtianos, dicit: Tollite portas principes ueſtras; & eleuamini portæ æternales: hoc eſt, tollite de medio ueſtri peccata, & eleuamini contra uitia; & per uos introibit, & habitabit in uobis Rex gloriæ, qui regnaturus eſt in populum Iſrael.

Cur in hoc primo Reſponſorio fiat triplex repetitio.

QVAESTIO IIII.

Nota. IN hoc etiam Reſponſorio triplex fit repetitio; Prima a remotiori quo ad finẽ: & poſteà a minus remoto, & demum a propinquiori; ad oſtendendum, quod Patres primi temporis remotiores fuerunt ab Aduentu Chriſti, quàm Patres ſecũdi, & tertij.

Hoc primum Reſponſorium propter quid repetatur.

QVAESTIO V.

Nota. DEMVM hoc primum Reſponſorium repetitur à nobis, ad notandum deſiderium magnum, quod habemus de Aduentu

Apoc. 1. & 22.

Biblioteca de Galicia

uentu nostri Saluatoris: & ad significandū, quod debemus attribuere finem, & principium boni operis ei, qui est A, & O. Dist. 35. c. ab exordio.

Vnde secundum desumptum sit Responsorium.

QVAESTIO VI.

SECVNDVM aūt Respōsorium alma mater Ecclesia a Daniele desumpsit, Christum uenturum prophetante, qui his uerbis mysterium incarnationis uerbi, quod in principio erat apud Deum, apparuit, dicens, Aspiciebam in uisu, aut uisione noctis. &c. Ioan. 1. Daniel. 7.

Antiphonæ Laudum Matutinarum Aduentus Domini, ex quibus desumptæ sint authoribus, siue Patribus.

De Antiphonis ad uētus Domini.

QVAESTIO VII.

QVINQVE autem Laudum Matutinarum Antiphonæ excerptæ sunt prima ab Ioele, secunda ex Isaia, & Zacharia. Ioel. 3. Isa. 2.

Biblioteca de Galicia

charia. Tertiam posuit sancta Ecclesia.
Zach. 9. Quarta desumpta ab Esaia. Quinta ex Zacharia. ¶ Prima fatur de Christi Aduentu;
Esa. 55. Similiter & secunda. Tertia de secundo
Zach. 9. loquitur Aduentu, scilicet in maiestate. Cæteræ de primo omnes. Itaque per illa uerba: In illa die, intellige, scilicet, quando Messias uenit: Per montes, Apostolos, seu magnos accipe prædicatores: Per colles, minores prædicatores: Per Syon, quæ iucundata est de Iudæis: & per Hierusalem, quæ exultauit de gentibus, Ecclesiam sanctam intellige.

Antiphonæ cur inchoantur ab uno, & finiantur a pluribus.

QVAESTIO. VIII.

SANE Antiphona inchoatur ab uno unius chori, & finitur a pluribus utriusque chori: Quia Charitas ab uno, scilicet Christo, incipit, & in membris eius consumantur ab ipso, sicut ipse dicit: Mandatum nouum dò uobis &c. Deus enim prior dilexit nos: Vnde & nos communiter dilectio
Isa. 13. ni eius correspondere debemus. ¶ Vel inchoatur

Biblioteca de Galicia

choatur ab uno, & finitur a pluribus, ad notandum, quod uox prędicatorum, quæ semper ad unitatem tendit, nos monet, ut qđ unusquisque singulariter operando acquirit, alteri per dilectionē porrigat: Vt si unus addiscit in scholis, & alter seminat in campo: tempore fructus Doctor seminanti doctrinam porrigat: & sator Doctori panem. Nota.

Antiphonæ septem, quæ incipiunt à nobis in die decima septima diei mensis Decembris, vsque ad Natiuitatem Domini, quid indicent. De septē Antiphonis ante Natiuitatem Domini.

QVAESTIO IX.

PLANE Antiphonæ illæ septem, quas in Aduentu Domini celebrare in die decima septima mensis Decembris ad Vesperas incipimus, insinuant nobis (secundum Iudocum) vehemens antiquorum Patrum desiderium de Aduentu Christi in carnem, licet enim in Abrahæ sinu tum placidè requieuerint certi in perpetuæ Lucis regionem ituros, longas tamen moras dilationis Dominici Aduētus pertæsi, ardentibus ex- Iudocus lib. 2. de Antiphonis.

Biblioteca de Galicia

pectabāt uotis accelerari miſsionem Chri-
Eſai. 16. ſti in mundum, dicentes: Emitte Domine
Eſai. c. 64. dominatorem terrę de Petra deſerti ad mō
tem filiæ Syon. Et iterum: Vtinam dirum-
peres cęlos, & deſcenderes: Rurſum: Rora-
Eſai. 45. te cæli deſuper, & nubes pluant iuſtum, ape
riatur terra, & germinet Saluatorem. Ac
Pſal. 79. iterum, Domine Deus uirtutum conuerte
nos, & oſtende faciem tuā, & ſalui erimus.
Vnde alma mater Eccleſia ad excitanda no
ſtra quoque corda his exclamatorijs ad
Deum, & pijs Antiphonis, ſcilicet, O Sapien
tia, cum ſequentibus, ardentia deſideria, ſe-
dula uota, & gemebūda ſuſpiria (vt dictum
eſt) ſignificantibus, animum excitat noſtrū;
ut in huiuſmodi nos quoq; pijs ad Deum
affectibus incendat, animumq; in illis exer-
citet noſtrum, utque præcordia noſtra, ex-
cuſſo torpore noxio, ac ſegnitie omni con-
cipiant, uel exiguum pij affectus incēdium;
Ne nos omninò gelidi, & Scythica glacie fri
gidiores, immo diuini ferè amoris exper-
tes, euomamur de ore Domini, ſicut ipſe
Apoc. 3. comminatur.

Cur

Biblioteca de Galicia

Cur supradictæ Antiphonæ non sint plures, neque pauciores quàm septem.

QVAESTIO X.

SVNT autem Antiphonæ prædictæ septem, & non plures, neque pauciores: quia eæ diriguntur ad Christum, in quo requieuit spiritus sapientiæ (vnde bene prima Antiphona incipit: ò sapiētia:) & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis; per quæ septem dona suæ incarnationis nobis gratiā ministrauit; prout in ipsis septem Antiphonis apparet. Esai. 2.

Per has septem Antiphonas quid nobis mater Ecclesia voluerit ostendere.

QVAESTIO XI.

RVRSVS mater Ecclesia in his septē Antiphonis ostēdit multiplicitatem morbi

Biblioteca de Galicia

morbi ſui: unde ad quamlibet Antiphonã noſtris petimus morbis ſanationem, & remedium.

A quo morbo petimus curari in prima Antiphona.

QVAESTIO XII.

QVONIAM uerò ante Dei filij aduentum eramus ignorantes, ſiue cæci, pęnis æternis addicti, ſerui diaboli mala peccati cõſuetudine uincti, tenebris obuoluti, exules a patria, & expulſi: & ideò indigebamus doctore, redemptore, liberatore, eductore, illuminatore, & ſaluatore, nec non & conſeruatore: Vnde in prima Antiphona (quia ignorantes eramus) nunc doceri ab ipſo petimus, & cũ Sapiente exclamamus: O ſapientia, quæ ex ore &c. petentes remedium contra ignorantiam.

Eccleſ.24.
Sap.8.
Eſa.40.

Quid petamus in ſecunda Antiphona

QVAESTIO XIII.

PRAETEREA cùm parum prodeſſet ſi doceremur, & non redimeremur: ideò in

Iudith 16.
Michæa.5
Exod. 6.

Biblioteca de Galicia

in secunda Antiphona ab ipso redimi postulamus, cum Iudith dicentes, ac Michæo: O Adonai, & dux domus Israel &c. Vbi rogamus Deum, qui se Adonai nominat, ut ueniat ad nos redimendum. Iudith. 16. Michæa. 5 Exod. 6.

Quid petamus in tertia Antiphona.

QVAESTIO XIIII.

AD hæc, quoniam nihil prodesset, si essemus edocti, atque redempti, & adhuc post redemptionem teneremur captiui: ideò in tertia Antiphona petimus liberari cum Isaia dicentes: O Radix Iesse &c. Esa. 11.

Quid in quarta Antiphona petamus.

QVAESTIO. XV.

SED quid prodesset captiuis, si essent redempti, & liberati: si tamen nondum essent ab omni uinculo absoluti, ut scilicet sub peccato essent, & uincti liberè quò uellent ire non possent? & proinde in quarta Antiphona ab omnibus peccati uinculis educi, ac liberari petimus cum Isaia dicentes; O Clauis Dauid &c. Esai. 22. Iob. 12. Apol. 3.

Quid

Biblioteca de Galicia

Quid in quinta petamus Antiphona.

QVAESTIO XVI.

AMPLIVS, quia hi, qui diu fuerunt in carcere oculos obtenebrantes habẽt, nec clarè uidere possunt: ideò post absolutionem à carcere, restat nos illuminari, ut uideamus quò ire debeamus: Vnde meritò in hac quinta Antiphona cum Zacharia sapiente, Malachia, ac Luca petimus, & clamamus: O Oriens &c.

Zach. 6.
Sap. 7.
Malach. 4.
Luc. 1.

Quid petimus, uel desideramus in sexta & septima Antiphona.

QVAESTIO XVII.

VLTIMO si essemus docti, & ab inimicis penitus liberati, & illuminati, quid ualeret, nisi deberemus ad regnum perduci, & ibidem saluari? proinde in duobus sequentibus Antiphonis saluari petimus, cum Aggæo dicentes: ò Rex gentium & cum Esaia, & Mattheo; ò Emanuel, & quæ sequuntur: in quibus (ut dictum est) saluari petimus.

Aggæ. 2.
Esai. 7.
Matth. 1.

Cur

Biblioteca de Galicia

Cur omnes prædictæ Antiphonæ incipiant Per O.

QVAESTIO XVIII.

OMNES itaque Antiphonæ septem prædictæ incipiunt per O, quod potius admiratiuè (inquit Guilielmns, ponitur, quàm uocatiuè. Lib. 2. c. 2

Quare in Vesperis canantur Antiphonæ prædictæ.

QVAESTIO XIX.

ADVERTENDVM est, quod supradictæ septem Antiphonæ non sine causa, & emphasi, ad Magnificat canuntur in Vesperis: hoc autem ab Ecclesia Dei sancta factum est, quia Dominus, qui in illis uocatur, desideratur, expectaturq;, ut ueniat: uenit tandē in Vespera mūdi. Vnde dicitur in hymno primo Aduentus, super quo fusius de hoc Christi Aduētu dixi; Vergente mundi Vespere, Vti sponsus de thalamo, Egressus honestissima Virginis matris clausula.

Quid

Biblioteca de Galicia

Quid per ſapientiam in prima Antiphona intelligatur.

QVAESTIO XX.

PER ſapientiam autem in prima Antiphona inuocatam, filium Dei intellige. Vnde Apoſtolus ad Corinthios ſcri-
1.Cor.1. bens, dicit; Nos autem prædicamus Chriſtum, Dei uirtutem, & Dei ſapientiam.

Quid per Adonai in ſecunda Antiphona intelligatur.

QVAESTIO XXI.

Exod. 6. ADONAI autem hebræum uocabulum, unum eſt ex proprijs Dei nominibus in ſacris literis: & potiſſimùm in Pſalmis eſt frequẽtiſſimum, loco cuius Latini interpretati ſunt Dominus, & immortalis, & Deus, & optimus pater diſponens, & perfectus: ideſt, unius eſſentiæ; Vnde Pſaltes:
Pſal. 8. Domine Dominus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum in uniuerſa terra; & alio
Pſal. 23. in loco; Dominus fortis, & potens, Dominus potens in prælio.

Quid

Biblioteca de Galicia

Quid per, O Radix Iesse, intelligamus.

QVAESTIO XXII.

HOc dictum sumptum est ex Isaia, dicẽte; In die illa Radix Iesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur: vbi Radix Iesse dicitur Christus Dominus noster, quoniam de radice Iesse egressus est, ut de stirpe Dauid filij Iesse secundũ carnem progenitus. Isai. 2. Ruth. 4. Matth. 1.

Quid per, O Clauis Dauid, & sceptrum domus Israel.

QVAESTIO XXIII.

CLAVIS autem Dauid dici potest ipsa Christi, secundum Dionysium; uirtus illuminatiua, seu sapientia, per quam aperit nobis mysteria scripturarum: per hanc autẽ uirtutem aperit nobis & ipsum Dauid, seu librum Psalmorum. ¶ Vel per clauem Dauid intelligitur Christi humanitas de semine Dauid assumpta, per quam reseruata sũt omnia, & quæ Dauid de Deo, & quæ Deus ad Dauid locutus est, per quam etiam ianua In Apoc. Ruth. 4.

Regni

Biblioteca de Galicia

Lib. 2. de Antipho. Nota. Regni cælestis est patefacta.¶ Sed, inquit Iudocus; Quid enim per clauem Dauid rectius designatur, quàm gratia spiritu alis sapientiæ, quæ & Dauid, & alijs Prophetis mysterium humanæ redemptionis aperuit luculenter? quæ specialiter, & nominatim non inconuenienter dicitur Dauid propter prærogatiuam manifestationis: Aperit autẽ corda ad intelligentiam fidei; aperit ora ad prædicationem uerbi; aperit intellectus scripturarum; aperit naturas rerum, aperit sensum ad cognitionem, aperit affectum ad dilectionem; aperit linguam doctorum ad docendum, aperit corda populorum ad credendum.

Quid per Emanuel intelligatur.

QVAESTIO XXIIII.

Esai. 7. Luc. 1. Matth. 1. Gul. lib. 2. cap. 1. Iudocus lib. 2. de Antiphõ. EMANVEL, & Rex, & legifer noster Christus dicitur, de quo Esaias inquit Ecce, Virgo concipiet, & pariet filiũ, & uocabitur nomen eius Emanuel; quod quidem nomen Matthæus interpretatur in Euangelijs sui principio: Nobiscum Deus, quoniam per susceptam carnem nobiscum est

Biblioteca de Galicia

est Christus communione naturæ, & Deus diuinæ substantiæ maiestate.

Vigilię Natiuitatis Domini, Inuitatorium vnde desumptum sit.

QVAESTIO XXV.

IN Vigilia Natiuitatis Domini nostri Iesù Christi, Inuitatorium est: Hodie scietis, quia ueniet Dominus, & mane uidebitis gloriam eius: quod est transumptum ab Exodo; ubi dicitur: Vespere scietis, quod Dominus eduxerit Vos de terra Aegypti, & mane uidebitis gloriam Domini. Exod.16.

Hoc Vigiliæ Natiuitatis Domini Inuitatorium quid recolit, uel nobis innuat.

Inuitatorium Vigiliæ Natiuit. Domini Vnde.

QVAESTIO XXVI.

POTEST autem dici, quod Inuitatoriũ ex una parte Natiuitatem Domini re memorat: ex alia uerò Resurrectionem recolit, & innuit. Hodie ergo, scilicet in uita

Biblioteca de Galicia

pręſenti, ſcietis, quòd ueniet Dominus: ideſt, panis uiuus, qui de cœlo deſcendit; & mane uidebitis gloriam eius; ideſt, reſurrectionis gloriam, non ſolum humanam, ſed etiam gloriam diuinitatis eius.

Ioan. 6.

Quid in hoc Vigiliæ Natiuitatis Domini Officio potißimùm fiat.

QVAESTIO XXVII.

SANE in hac Vigilia alma mater Eccleſia monet, & inuitat ſuos filios; ut parati ſint ad ſuſcipiendum Dominum: Vnde in nocturnali Officio primum Reſponſorium eſt; Sanctificamini, ſcilicet, filij Iſrael; ideſt, filij ſpirituales, qui uidetis Deum per fidem, & parati eſtote; ut interſitis ad nuptias; quia non erit in nuptijs, qui eijcitur à nuptijs.

Apoc. 19.

De Inuitatorio Natiuit. Domin.

Inuitatorium Domini Noſtri Ieſu Chriſti Natiuitatis, quid ſignificet.

Quæ-

Biblioteca de Galicia

QVAESTIO. XXXIII.

IN hac autem sanctissima Domini nostri Iesu Christi Natiuitate Inuitatorium est tale, scilicet; Christus natus est nobis: Venite adoremus; ubi aduertendum est, quod sancta mater Ecclesia hoc cantat Inuitatorium in persona Angelorum, quæ, sicut Angelus ad pastores dixit: Nolite timere, Ecce enim euangelizo uobis gaudium magnum, quod erit omni populo: Quia natus est nobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus in Ciuitate Dauid; Ita nobis annuntiat hodie gaudium magnum, & inuitat nos hoc inuitatorio: sicut Angeli inuitauerunt pastores ad adorandum hunc Dominum nostrum Iesum Christum. Luc. 2.

Psalmi qui dicuntur in Matutino Natiuitatis Domini nostri, quid nobis innuant.

QVAESTIO XXIX.

PRAETEREA nouem Psalmi, qui dicuntur per tria nocturna, & in officio nocturnali,

Biblioteca de Galicia

cturnali, hoc nobis innuunt, quòd omnes
Nota: ſancti Patres, qui fuerunt in tribus temporibus: ſcilicet ante legem, ſub lege, & tempore gratiæ, in nouo Teſtamento ſociati ſunt per aduentum Chriſti nouē ordinibus Angelorum; ut ſicut, Angeli S. Trinitati congaudēt, ſic, & illi p̄dicti patres congaudeāt.

Quid indicent nobis illi tres nocturni.

QVAESTIO XXX.

INSVPER aduerte, quòd primus Nocturnus natiuitatis Domini, recolit tempus ante legem, ſeù eos, qui fuerunt ante legē, ut Abraham, Iſaac, & Iacob. ¶ Secundus Nocturnus recolit, innuitq; nobis tempus legis, ut Dauid, & Prophetas, & alios, qui ſub lege fuerunt, & alios plures. ¶ Tertius uerò Nocturnus recolit nouū teſtamētum, qd̄ habuit initiū à baptiſmate: qd̄ tertio tpe, ſcilicet gratiæ nobis collatum eſt: ſeu eos, qui fuerunt in nouo teſtamento; ut ſunt Apoſtoli, Martyres, & alij Sancti.

Cur in primis duobus Nocturnis, Antiphonis illorum non addatur Alleluia.

Quæ-

Biblioteca de Galicia

QVAESTIO XXXI.

IDEO autem in Antiphonis, quæ cantā tur in primis duobus nocturnis Natiui tatis Domini non dicitur Alleluia : quoniā Patres illorum temporum differebantur ab æterno gaudio, ſcilicet, à Patria, in qua iux- Apoc. 19.
ta Apocalypſim cantatur Alleluia.

Quamobrem Antiphonis tertij Natiuitatis Domini Nocturni, Alleluia addatur.

QVAESTIO XXXII.

AT, Antiphonis tertij Natiuitatis Domini nr̃i Ieſu Chriſti Nocturni addimus Alleluia, quoniam cœlos recolunt, ſcilicet Apoſtolos; & quoniam iſtos plus honorauit Aduentus ſuus, quàm præcedentes alios Patres; ita, ut ſi digni de hoc mundo migrant: illico in Cœlum transferantur, & ſocietati Sanctorum iungantur, quod antiqui Patres longo tempore expectauerunt infra clauſtra Inferni.

Biblioteca de Galicia

Quid in primo, & secundo Responsorio huius Sanctissimæ Natiuitatis Domini contineatur.

QVAESTIO XXXIII.

IN primo autem, & secundo Responsorio huis Natiuitatis Domini Nostri, duo significantur, scilicet, restauratio Angelorum, & reparatio hominum: Restauratio Angelorum notatur in primo Nocturno; ubi dicitur: Gaudet exercitus Angelorum. Reparatio hominum, notatur in secundo: ubi dicitur; Pax uera descendit.

Epistolæ Beati Pauli cur post Natiuita. Domini legantur.

Epistolæ Sancti Pauli cur legantur post Natiuitatem Domini vsque ad Septuagesimam.

QVAESTIO XXXIIII.

QVIA verò nostra mater Ecclesia intēdit nobis manifestare Fidem Filij Dei, quod fit melius per Epistolas Pauli, quia ipse præ cæteris de fide locutus est, per quam quasi stellam Christus cognoscitur:

Biblioteca de Galicia

ſcitur: Ideò poſt Natiuitatem Domini eius Epiſtolæ leguntur.¶Vel ideò Epiſtolæ Beati Pauli poſt Natiuitatem uſque ad Septuageſimam leguntur, quia ſicut Prophetæ naſciturum Dominum prædixerunt; & maxime Eſaias: Vnde meritò Eſaiæ Lectiones ante Natiuitatem Domini legimus: ita & Apoſtoli, Deum natum prædicauerunt, & maximè Paulus, qui plus alijs laborauit: Vnde eius Epiſtolas poſt Natiuitatem legimus, Chriſtum natum oſtendentes.

Cur in Epiphania Domini non dicatur Inuitatorium.

Inuitatorium Epiphaniæ Domini.

QVAESTIO. XXXV.

CAETERVM in ipſo feſto Epiphaniæ ad primum Nocturnum non dicitur Inuitatorium, ad oſtendendum, quòd Eccleſia in primitijs ſuis uenit de gentibus ad Dominum non inuitata, nec uocata per pręconem aliquem, ſed ſola ſtella duce: unde non expectauit ipſa conductores, ſicut fecerunt illi, qui dicebant: Nemo nos conduxit: ut ſic magis incutiatur erubeſcẽtia eis, qui tardè credunt, cùm multos habeant prædi-

Nota

Matth. 20

Biblioteca de Galicia

Matth. 2. catores. Magi enim non uocati uenerunt adorare Christum. ¶ Vel non dicitur Inuitatorium in Epiphania, ut nos, qui quoti die inuitamur, & excitamur ad adorandum, & deprecandum Dominum Deum nostrũ, uideamur in tali die detestari inuitationem
Matth. 2. Herodis fraudulentam, Magis dicentis: Ite, & interrogate diligenter de puero, & cum inueneritis &c. ¶ Vel non dicitur Inuitatorium: quia ipsa res, hoc est, stella, nos inuitat: per quam quidem stellam significatur fides, quæ ducit nos ad Deum, & illuminat nos in nocte huius sæculi.

Cur potius in tertio Epiphaniæ Domini Nocturno Inuitatorium dicamus, quàm in primo, & secundo.

QVAESTIO XXXVI.

SED est aduertendum, quòd in tertio Epiphaniæ Domini Nostri Iesu Christi Nocturno dicitur Psalmus inuitatorius, scilicet; Venite exultemus ad septimam Antiphonam: & sic inuitamur in tertio Noctur-

no,

Biblioteca de Galicia

no, & non fuimus inuitati in primo, & secundo; ad ostendendum, quòd in tertio tempore, scilicet gratiæ, sufficiẽter demum inuitata est Ecclesia de gentibus; & sic nullus se excusare potest: Quia in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum: Et quia in tertio tempore, scilicet gratiæ, data est uniformis gratia in plenitudine. Psal. 18. Dist. 19. Ita.

Cur per hebdomadam dicatur Inuitatorium.

QVAESTIO XXXVII.

PER totam tamen Epiphanię Domini hebdomadam dicitur Inuitatorium: Quia tunc sancta nostra mater Ecclesia hoc agit in persona Magorum, alijs qui non uiderant, hoc annunciantium.

Cur ab octaua Ephiphaniæ omnia Responsoria usque ad Septuagesimam sint Dauid.

Quæ-

Biblioteca de Galicia

QVAESTIO XXXVIII.

In q. 32. eo. Tract.

PAVLO ANTE fuit dictum, quòd ideo Epistolæ Beati Pauli post Natiuitatem Domini leguntur; quia fidem filij ostendũt illæ magis, quàm aliorum dicta Sanctorum. Et quoniam Fides debet habere opera: nam sine operibus mortua est, ideò Responsoria ab octaua Epiphaniæ Domini, usque ad Septuagesimam, ipsa quoque sunt de Psalmis Dauid, in quibus inseruimur de bonis operibus, ad hoc, ut fides nostra, quàm à Paulo accepimus, non sit sine operibus.

Iacob. 2.
De Summa. Trin. c. i.

In Sabbato ante Septuagesimam cur iteretur Alleluia.

QVAESTIO XXXIX.

De Septuagesima.

CIRCA verò Officium Sabbati ante Septuagesimam, est aduertendum, quòd ideò Alleluia iteratur à nobis, quoniam illud multum diligentes in thesauro cordis nostri recondimus, sicut amicum iter longinquum profecturum sæpe amplectimur, & eius os, faciem, &c. osculamur, quia tanquàm à conuentu Angelicæ iubilationis

sepa-

Biblioteca de Galicia

separamur, ac seiungimur. ¶ Rursus ideò in Sabbato ad Vesperas geminatur, seu multiplicatur Alleluia, quoniam in lapsu Adæ, qui erat in magna quiete, gaudium perdidimus, sed animabus requiem recuperamus, & corporibus in resurrectione denique geminabimus.

Quam ob rem ab hac Dominica in Septuagesima vsque ad Feriam quintam Cœnæ Domini, intermittimus Alleluia in principio horarum, & loco eius dicimus; Laus tibi Domine Rex æternæ gloriæ.

QVAESTIO XL.

LEo Papa dicit, quòd ideo in principio horarum Canonicarũ in Septuagesima Alleluia: in missis uerò, Gloria in Excelsis deponimus: quos quidem hymnos Angeli cantauerunt: quoniam peccato veteris hominis a conuentu Angelicæ iubilationis expulsi, in huius miseræ uitæ Babyloniæ super flumina eius sedemus, & flemus, dum

De cõsec. dist. 1. c. hi duo.

Psal. 136.

Biblioteca de Galicia

Rupertus Abbas li. 4.ca. 5. de diuino Officio.

dum recordaremur illius Sion, in qua Deũ decet hymnus: A Septuagesima ergo quando protoplastus lapsus est, recitare Alleluia, & Gloria in Excelsis in Ecclesia nouem hebdomadibus, scilicet usque in Pascha, intermittimus; ubi Christus resurgẽs à mortuis, tristitiam nostram uertit in gaudium, & Alleluia nobis reddit.

Cur in fine lectionum huius Dominicæ, & sequentium, usq; ad Pascha non dicimus; Te Deum Laudamus.

QVAESTIO XLI.

QVIA verò populus Israel, siue genus humanum deiectus, deiectumuè fuit olim in miseriã: ideò dũ captiuus teneretur à Nabuchodonosor in organis, & cytharis, & alijs instrumentis, sicut cantauerat in Hierusalem, non cetinit, dicens: Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? Quia ergo ille populus siluit tũ a canticis lætitiæ: Ideo Ecclesia in hoc Septuagesimæ tempore, vsque ad Pascha can-

4.Exo.16.

3.Exod.2.

Psal. 13.

tica

Biblioteca de Galicia

tica lætitiæ, ſcilicet, Alleluia, & Gloria in excelſis Deo: & Te Deum Laudamus: ipſa quoque tanquàm poſita in captiuitate Babiloniæ, ſubticet.

An Alleluia, & Laus tibi Domine, Rex æternæ gloriæ æquipollent.

QVAESTIO XLII.

QVONIAM autem hoc tẽpus Septuageſimæ, eſt tempus mœroris: idcircò cantica Angelorum nõ dicuntur, ſed hominum: ideſt, depoſito Alleluia, Eccleſia dicit in principijs horarum: Laus tibi Domine, Rex æternæ gloriæ: multũ enim differt Alleluia à clauſula Laus tibi Domine &c. ſiquidem Alleluia eſt uox Angelica, iſta humana: illa hebraica, iſta latina: & ideò minus dignior. Apoc. 19. Nota.

Propter quid Pſalmi Dominus regnauit; & Iubilate Deo deponantur; & loco eorum Pſalmi Miſerere mei Deus; & Confitemini Domino

Biblioteca de Galicia

no in Laudibus Dominicarum Septuagesimæ usq; ad Pascha dicantur.

QVAESTIO XLIII.

SANE silentio non est præterendũ, quòd a Septuagesima, usq; ad Pascha ꝑ Dominicas noctes duo Psalmi mutantur ad Laudes, scilicet; Dominus regnauit: qui est Psalmus lętitiæ: & Iubilate Deo in psalmos: Miserere mei Deus, qui est Psalmus pœnitentialis: & Confitemini Domino. Hoc autem ideò fit, quoniam per pœnitentiam uenitur ad laudis confessionem, & per timorem ad spem. ¶ Quisque enim in peregrinatione (quod Septuagesima significat) positus, timori, & spei subditus est. ¶ Psalmus enim Miserere, timorem, quem oportet fragiles peccatores in pręsenti peregrinatione de uindicta Dei habere, designat, informans eos, ut peccata sua plangant. ¶ Verũ quoniam post dolorem cordis, & confessionem reatus, fiducia accedendi ad Dominũ habenda est: ideò Deum laudantes, dicimus ad alterutrum Psalmum Confitemini Domino.

Psal. 91.

Psal. 99.

Psal. 50.

Psal 117.

Septuagesima quid significet.

Cur

Biblioteca de Galicia

Cur loco Psalmi Confitemini Domino in Septuagesima ad Primam dicatur Psalmus Dominus regnauit.

QVAESTIO XLIIII.

SAEPE memoratus autem Psalmus Dominus regnauit, hoc tempore Septuagesimę: immo & in Sexagesima, ac quinquagesima de Laudibus transit ad horam primam; atque loco Psalmi: Confitemini Domino ipse dicitur, ne aliquid de Psalterio prætermittamus, quin totum saltem in Septimana dicatur: quod totum in Ecclesia primitiua in die legi solebat. Psal. 91. Psal. 117.

Septuagesimæ Officium, siue tempus, quid nobis repræsentet.

QVAESTIO XLX.

SED est hoc etiam aduertendum a nobis: Quod Septuagesima tempus iudiciale captiuitatis repræsentat: si quidem Nabuchodonosor populum Iudaicum propter 2. Paral. 36.

Biblioteca de Galicia

pter eius peccata ab Hyerusalem in Babylonem duxit, & septuaginta annis operibus duris affectus est: finitis uerò sexaginta annis, Cyrus Regem Babilonicum subiugauit populoque redeundi, licentiam concessit; Vnde pars sub magno Iesu Sacerdote cum Zorobabel ad patriam rediens, Templum Hyerosolymis cũ gaudio reædificauit, pars autem remansit usque ad perfectionem septuaginta annorum, quibus expletis, Dario, & Assuero, & quidam sub Esdra, & quidam sub Neęmia liberati, reuersi sunt in Hyerusalem, & tunc duplex gaudium habuerunt. Vnde propter hoc nostra sancta mater Ecclesia, cupiens ipsa quoque toto tempore uitæ suæ propter culpam per pœnam nostro Christo et Deo seruire, pęnitentiam agit in hoc Septuagesimæ tempore, tanquam posita in Babylonica captiuitate: idest, huius mundi: ut quandoque liberetur & peruenìat ad Hyerusalem cœlestem: & sic propter hoc facit Septuagesimam.

3. Esdr. cap. 2.
1. Esd. 6.
3. Esd. c. 6.
2. Esdr. 8.
Nota.

Propter quid liber Genesis legatur in Septuagesima.

Quæ-

Biblioteca de Galicia

QVAESTIO XLVI.

QVIA igitur in hoc Septuagesimæ tempore intendit(ut iam dictum est) sancta Dei Ecclesia pœnitentiã agere,ut reuertatur in Ciuitatem sanctam Hyerusalem:iccircò Genesis legit librum,qui instruit nos in initialibus pęnitentiæ, in fide scilicet,& timore:quæ sunt essentia pęnitentiæ: Quia per ea concipitur pœnitentia.

¶ In fide nanque instruit nos talis Genesis liber, non secus ac Symbolum Apostolorum:Vbi enim in eo dicitur: Visibilium, & inuisibiliũ:In hoc dicitur, In principio creauit Deus Cęlum, & Terram,scilicet,Cęlum Empyreum:& ea,quæ in eo sunt,quæ apud nos sunt inuisibilia,& terram, idest, omnia ista visibilia. ¶ Item in Fide nos prædictus liber instruit Incarnationis, & Passionis, ut credamus Christum, inquantum hominẽ, passum fuisse,& non inquantum Deum, & hoc per Isaac,qui non fuit immolatus, sed aries. ¶ Item instruit nos & in fide Resurrectionis,& Ascensionis, & Spiritus sancti missionis per Ioseph, qui post uenditionem sublimatus est in Aegypto, distribuens triticum per totam Aegyptum;sicut Christus

Nota.

Genes.22

Genes.41.

Luc. 8.

Biblioteca de Galicia

post uenditionem sublimatus mundo distri
Nota. buit triticum uerbi Dei per Prædicatores
suos per totum mundum. ¶ Item incutit
etiam timorem per Adam, ne nos per uitiũ
Genes. 3. gulæ, siue per inobedientiam, eijciamur de
Genes. 4. Paradiso spirituali, sicut ille de Paradiso ter
restri. ¶ Per Cain instruit, ut caueamus ab
Genes. 19. homicidio. ¶ Per Ciuitates destructas, ut
De penit. caueamus a uitio Sodomorum. ¶ Iterum
dist. 1. sed per Esau, à uitio gulæ. ¶ Per diluuium, ut ca
continuò. ueamus ab omni uitio.
Genes. 25
Genes. 7.

De sexage sima.

Sexagesima quid significet.

QVAESTIO XLVII.

VERVM Sexagesima significat tem-
pus uiduitatis Ecclesiæ, & illius me-
rorem propter absentiam sponsi, qui pec-
catoribus abest per gratiam; Viatoribus au
tẽ per humanitatis præsentiã: Vnde ipsa, Se-
xagesimam celebrat, quia expectat, ut sibi
præstetur post huiusmodi celebrationem,
sexagesimus fructus, qui uiduis debetur,
& ut Deo etiam coniungatur. ¶ Vel ideo
Matth. 4. Sexagesimam celebrat, quoniam sicut Do-
minus post opera sex dierum, benedixit
diei

Biblioteca de Galicia

dieiseptimo:sic nos post impletionem operum decalogi,benedicat nos, ut peruenia-mus ad beatitudinem æternam.

Quinquagesima quotuplex sit.

QVAESTIO XLVIII.

PRAE alijs notandum est nobis, quod quinquagesima est multiplex in sacra Scriptura, alia est enim dierum, alia annorum, alia Psalmorum, alia personarum, & alia denariorum. Note.

Quinquagesima dierum quotuplex.

QVAESTIO XLIX.

QVINQVAGESIMA autem dierum est triplex. una incipiens à Dominica post Sexagesimā, usque ad diem Paschæ, quæ Quinquagesima est pęnitētiæ, afflictionis, & abstinentiæ;tunc enim homines abstinent à carnibus, & continent se à luxurijs. ¶ Altera est à Pascha, vsque ad Pentecostem:quæ quidem est Quinquagesima lætitiæ, & exultationis. ¶ Tertia ab

Biblioteca de Galicia

octau a Paſchæ,ideſt, à Sabbato in Albis, usque ad Sabbatum poſt Pentecoſtem, quæ tertia eſt figuræ, ſiue gloriæ, & glorificationis:figurat enim octauam ętatem,ubi ſtola utetur,ideſt,ſtola animæ, & corporis induemur.

De Quinquageſima.

Quinquageſima Annorum quid ſit.

QVAESTIO L.

SED Quinquageſima Annorum erat annus Iubileus,qui quinquageſimus erat. Vnde Dominus ait; Sanctificabisque annum quinquageſimum, & uocabis remiſſionem cunctis habitatoribus terræ;ipſe eſt enim Iubileus;omnia etiam debita illo anno remittebantur, & poſſeſſiones alienatæ reſtituebantur: Vnde Iubileus remittens, uel initians interpretatur, per quem rectè pœnitentia figuratur, per quam uera libertas tribuitur, & à Diaboli ſeruitute liberamur, per eam etiam peccatorum debita remittuntur,& hæreditas æterna,atque cęleſtes manſiones reſtituuntur; bene facit ergo Sancta Eccleſia celebrens quinquageſimam.quia poſt eius celebrationem,remiſſionem peccatorum conſecutura eſt.

Leuit. 25.

Quo-

Biblioteca de Galicia

Quotuplex est Quinquagesima Psalmorum.

QVAESTIO LI.

QVINQVAGESIMA quoque Psalmorum, triplex est, significans tres Christianæ religionis status. Primus est pœnitentiæ, ideq; prima Psalmorũ quinquagesima(sunt enim Psalmi centum quinquaginta) terminatur in Psalmo Miserere mei Deus, qui est quinquagesimus. Secundus status est Iustitiæ, iccircò secunda Psalmorum quinquagesima finitur in Psalmo centesimo, qui incipit: Misericordia, & iudicium. Tertius Christianæ Religionis status est laudis uitæ æternę, unde tertia Psalmorum quinquagesima, terminatur in Psalmo centesimo quinquagesimo, dum in fine illius benedicti Psalmi, omnis Spiritus laudat Dominum. ¶ De quinquagesima uerò personarum, & denariorum dicitur in Genesi, & Euangelio, dum Dominus ad Abraam dicit; Si inuenero Sodomis quinquaginta iustos, &c. & alibi dicit, Duo debitores erant cuidam fęneratori, unus debebat denarios quingentos, alius quinqua-

Psal. 50.

Psal. 100.

Genes. 18

Luc. 7.

Biblioteca de Galicia

ginta,&c. Sed hęc nihil ad pręsens nostrum institutum.

Quinquagesima quid notet.

QVAESTIO LII.

QVINQVAGESIMA ergo pęnitentię tempus, & remissionis significat. Inde meritò est, quòd hoc tempore Quinquagesimę, Psalmus Miserere mei Deus, qui est quinquagesimus, & est tempus pęnitentię, & remissionis, frequentatur, legitur, ac dictitatur.

Psal. 50.

Quadragesimam cur facimus.

QVAESTIO LIII.

NEc uacat quidem à mysterio, quòd quadraginta sex diebus à capite ieiunij, usque ad Pascha, in abstinentia sumus: Quoniã post Babylonicam captiuitatem, quadraginta sex annis à populo Israelitico ędificatum fuit Templum Domini: Vnde et nos post captiuitatem Babylonis, idest, cõfussionis vitiorum, quadraginta sex diebus

2. Esdra. 2.3.4.&5. De conse. dist. quinta.c. Quadragesima.

per

Biblioteca de Galicia

per abstinentiam, & bona opera, nosmetipsos templum Deo ædificamus. Hæc omnia supradicta sunt vtique ualdè bona, sed si Beatum Gregorium audiamus, meliora profectò ex eo intelligemus; nam, inquit ille tantus uir: Quadragesima summa obseruatione est obseruanda, ut ieiunium in ea, præter dies Dominicos, qui de abstinentia subtracti sunt, nisi quem infirmitas impedierit, nulla tenus soluatur, quia ipsi dies decimæ sunt anni. A prima ergo Dominica Quadragesimæ, usque in Pascha Domini, sex hebdomadæ cõputantur, quarum uidelicet quadraginta dies & duo sunt, ex quibus dum sex Dominici dies abstinentiæ subtrahuntur, nõ plus in abstinentia, quàm triginta sex dies remanent: verbi gratia, Si per 365. dies, annus voluitur, deinde per 36. dies affligimur quasi anni, Deo decimas damus. Sed ut Sacer numerus quadraginta dierum adimpleatur, quem Saluator noster sacro suo ieiunio consecrauerat, quatuor dies pro horis hebdomadæ ad supplementum 40. dierũ tollantur, id est quarta feria, quæ caput ieiunij subnotatur, & quinta feria sequens, sexta feria, & sabbatum, nisi istos

De cons. dis. 5. cap. Quadragesima.

Biblioteca de Galicia

dies quatuor ſuperioribus 36. adiunxeri mus 40. dies in abſtinentia nõ haberemus. Iubemur autem & ab omnipotenti Deo omnium bonorum noſtrorũ decimas dare.

Quadrageſima cur dicatur potius, quàm Quadrageſima ſexta, cùm abſtineamus quadraginta ſex diebus.

QVAESTIO LIIII.

Ioannes Caſſia. collatione c. 21. 28.

QVÒD autem Quadrageſima appellatur ille numerus quadraginta ſex dierum, quibus abſtineamus; & non Quadrageſima ſexta, hoc quoque non fit ſine ratione: nam Quadrageſima non prætẽ ditur, niſi usque ad diem Cœnæ Domini, quæ eſt dies abſolutionis; quia per Quadrageſimã benè obſeruatam, & per ueram penitentiam peruenit homo ſpiritualiter ad Cœnam Agni. Vnde Apocalyp. Beatus, qui uocatus eſt ad cœnam nuptiarum Agni; ſecundum ergo hoc ſolum ſunt quadraginta dies, demptis ſcilicet, quatuor illis diebus præcedentibus primam Vuadrageſimæ Dominicam,

Nota.

Apoc. 19.

Biblioteca de Galicia

minicam,& duobus post Cœnam Domini.
¶ Vel ideò dicitur Quadragesima, quia filij
Israel laborantes in deserto, quadraginta
annnis cibati sunt manna, donec uenirent
in terram habitabilem. ¶ Vel dicitur Qua- Exod. 16.
gragesima propter quadraginta mansio-
nes, per quas venerunt prædicti filij Israel in Num. 33.
terram promissionis: & sic exemplo istorum
nos quoque quadraginta diebus à debitis
corporis abstinentes, uerbis uitæ reficimur,
orationi uacamus, ut tandẽ per Iesum Chri-
stum in terram promissionis, hoc est, uiuen
tium, introeamus. ¶ Vel Quadragesima di Psal. 141.
citur, quia Christus noster descendit ad nos
per quadraginta generationes; vt nos ad Matth. 1.
eum nostro quadragenario numero ascen- De cõsec. dis. 5. cap.
damus: & Moyses accipiendo legem, ieiuna Ieiuniũ.
uit per quadraginta dies: similiter, & Helias; Exod. 24.
Dominus quoque noster quadraginta die- Exod. 44.
bus ieiunauit absque cibo, & hoc pro insti-
tutione, & exemplo: & de istis uide quæ di- 3. Reg. 2.
xi in expositione primi hymni Quadragesi- Matth. 4.
mæ, qui incipit; Ex more docti mystico.

Offi-

Biblioteca de Galicia

Officium Passionis cur Ecclesia auspicetur à Dominica quinta Quadragesimæ.

QVAESTIO. LV.

Ruper. Abb. li.5. capit.3.de diui.Offi.

INCIPIT autem huius celebritas Passionis à fine Sabbati, idest, à vespera huius Dominicæ præcedenti: quia Lazaro in præcedenti sexta feria suscitato, quidam de Bethania abierunt ad Pharisæos, narran

Ioan.2.

tes eis miraculum: & cùm in illa die, nempe feria sexta, fuerit prima dies mensis ad san-

Ioan. 2.

ctificationem, multi Iudæi, Pontifices, & Pharisæi conuenerant ibi; inde audientes signum mox, hoc est, in Sabbato, collegerũt consilium aduersus Iesum, & ex illa hora cogitauerunt, ut interficerent eum; Ac deinceps Iesus non palàm ambulabat apud eos, quia non dum uenerat hora eius. Ideò igitur in uespera Sabbati, quasi post horam eiusdem Concilij publicum luctum incipit Dei Ecclesia, suo compatiens Domino, vt capiti membra. Et ex tunc lugendo recitat uexillum Regis, mysterium Crucis, acetũ, fel, & arundinem, clauos, & lanceam perfo-

rati

Biblioteca de Galicia

rati corporis, denique passionis, rationes patientis, & illusiones inimicorum, & insidias eorum: hæc & similia in Vesperis, & Nocturnis Officijs plangit.

Vt quid hymnus Passionis primus, hoc est Vexilla Regis prodeunt &c. cantetur ab Ecclesia.

QVAESTIO LVI.

RVRSVS ideò Ecclesia cantat hymnum: Vexilla Regis prodeunt, & reliqua in hac Passionis Dominica, ut si fortè aliqui sunt lapsi, ueniant ad uexillum, quòd omnes amaritudines facit esse dulces; qd̃ significatum est per lignum proiectum in aquis Marath. Semper enim, & maximè in isto tempore passionis, debemus habere in memoria Domini passionem: quia memoria Dominicæ passionis secum non patitur amaritudinem peccati. Exod. 15.

Pas-

In diuinum Officium

Paſsio Domini, cur duabus ſeptimanis recolitur ante Paſcha.

QVAESTIO LVII.

PORRÒ ideò ſpiritualiter duabus hebdomadis ante Paſcha paſſiõ Dominire colitur : quoniam ipſe Dominus noſter Ieſus Chriſtus à duobus, & pro duobus popu lis paſſus eſt. ¶Vel quia duo teſtamenta per duas hebdomadas exprimimus, uetus ſcilicet, quòd prædixit Deum paſſurum, & nouum, quod oſtendit ipſum paſſum. ¶ Vel tertio, quia in duobus huius ſæculi temporibus, ſcilicet ante legem, & ſub lege uatici nata eius fuit paſſio.

Cur finito Pſalmo, Venite exultemus, &c. non dicatur Gloria Patri; nec etiam in Reſponſorijs.

QVAESTIO LVIII.

QVONIAM uerò uerſiculus, Gloria Patri &c. ad Laudem ſanctiſſimæ, atque indiuiduæ Trinitatis pertinet, ipſam-

Biblioteca de Galicia

ipsamque is repræsentat: Iccircò tempore, quo dehonestata est sancta Trinitas, non dicitur: quia verò Christus, qui est secunda persona in Trinitate hoc Passionis tempore cœpit dehonestari; proinde factum est, ut Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, dimittatur hoc eodem Passionis tempore. ¶ Sed certè quia hæc, quæ dicimus de dehonestatione Christi, fuit specialiter in Crucifixione, unde potest dici, quòd Gloria Patri &c. pro nunc tacetur propter humilitatem, per quam ad Christi Passionem præueniendum est. ¶ Vel hoc, fit quia Dominus se abscondit: sed in Resurrectione resumitur Gloria Patri, quia non amplius uidemus eum non habentem speciem, & decorem, sed iam per Resurrectionem fuit gloria immortalitatis glorificatus.

Ioan. 8.
Rup. Abba. li. 5. c. 2. de diui. Off.
Esai. 53.

Cur Gloria non taceatur in Hymnis, & Psalmis.

QVAESTIO LIX.

IN Psalmis uerò, & Hymnis eodem tempore Passionis ob id minimè Gloria Patri tacetur: quoniam Psalmus significat operatio-

Biblioteca de Galicia

rationem, ipſe uerò Dominus noſter nun quàm bonum desijt operari, ideò nec nos ceſſamus etiam ei Gloriam poſt Pſalmos attribuere: iuxta quod præcepit nobis Concilium Toletanum; & hoc facimus omni tempore, exceptis tribus ante Paſcha Domini diebus.

Concil. 4. Tolet. c. 12. g.

Cur in triduo ante Paſcha omninò ſupprimatur Gloria Patri.

QVAESTIO LX.

SED tribus ante Paſcha Reſurrectionis Domini diebus, omninò Gloria Patri in omnibus & Hymnis, & Pſalmis, & Reſpõſorijs tacemus: quoniam tunc maximè ſancta Trinitas dehoneſtata eſt, licèt ante dies illos de nece Domini etiam ageretur, tunc tamen ipſe uapulauit, ſpuitur, alapizatur, & crucifigitur: Vnde Eſaias, Et uidimus eum non habentem ſpeciem, neque decorem. ¶Vel tacetur Gloria Patri, quia tunc ſepulturam Domini celebramus, quæ maximè fuit eius humiliatio.

Eſai. 53.

Cur

Biblioteca de Galicia

Cur in Dominica Passionis legantur Lectiones Hieremiæ Prophetæ.

QVAESTIO LXI.

NEc hoc silentio prætereundum est; quòd ideo Lectiones Hieremiæ Prophetæ in Nocturnis legimus: quoniam ipse non solum dictis, sed etiam (inquit Rupertus) passionibus suis Redemptoris nostri figurauit passionem: multaq; de hoc alia ipse ibi fatur prędictus Rupertus, sed ea hic ideò sileo, quoniam pollicitus sum, multitudinē eorum, quæ ipse, ac cæteri de hoc scripserunt, ac disceptarunt, in compendium redigere, eaque hoc in libello breui quàm fieri possit oratione ad publicam collocare utilitatem.

Hier. 1. & 38.
Ruper. Abb. li. 5. c. 3. de diuin. Offi.
Duran. li. 6. cap. 67.

Cur in Cœna, hoc est, in illo triduo, Domini, non dicamus Responsorium ad Capitulum in Prima: Christe Fili Dei viui.

QVAESTIO LXII.

IN hac Dominica Passionis Domini, scilicet in Cœna Domini, & in illo tototriduo

Biblioteca de Galicia

Matth. 26 duo tacemus ad Capitulum Primæ, Respõsorium illud: Christę fili Dei viui: Quia tũc Ecclesia eius mortem, & passionem repræsentat. ¶ Vel quia secundum Iudęorum reputationem, nõ poterat alij misereri, qui se ipsum saluum facere non poterat.

Cur à Sabbato ante Dominicam passionis, vsque ad Feriam secundam post Octauam Pentecostes: non fiant consuetæ commemorationes, & præsertim de Pace.

QVAESTIO LXIII.

QVONIAM, inquit Apostolus, Christus pacificauit per sanguinem Crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in Cęlis sunt, & post Resurrectionem suam pacem Discipulis suis annunciauit: Et cum eis ipse, qui est nostra Pax, continuè conuersatus usque ad Ascensionem suam, tunc eis pacem suam dedit, dicens; Pacem meam dò uobis: & in Pentecoste consolatorem dignatus est mittere; ideò non fit commemoratio de Pace.

1. Colos. j.
Ioan. 10.
Ioan. 14.
Ephes. 2.
Ioan. 14.

Cur

Biblioteca de Galicia

Cur in quinta Feria Cœnæ Domini Inuitatorium non dicatur, sed ab Antiphona auspicatur Officium Sancta Ecclesia.

QVAESTIO LXIV.

SED est aduertendum, quòd nostra mater Ecclesia in feria quinta Cœnæ Domini haudquaquam Inuitatorium dicit, ne imitemur, sed potius detestemur pestiferum Iudæorum consilium per nostrum silentium; & abhorrere videamur à facto eorum conuentu, ut Iesum caperent, & in sermone morti eum traderent. ¶ Vel in tali die non dicitur Inuitatorium, quia iam Apostoli tunc dispersi erant, qui alios ad Dominum inuitabant, & conuocabant. ¶ Sed incipit Officium in illa die absolutè; Zelus domus tuæ comedit me; idest Amor vehemens Ecclesiæ fuit causa, quare passus sum. Psal. 68.

Hymnus in prædicta die cur non dicatur.

Biblioteca de Galicia

QVAESTIO LXV.

AD hæc nec etiam in prædicta feria quinta Cœnæ Domini, Hymnus laudatorius, siue Laudis dicitur: quoniam, sicut iam prædixerat diuinus Psaltes tunc factu est opprobrium hominum, & abiectio plebis.

Psal. 21.

Cur post Lectiones illius diei non dicimus; Tu autem Domine: nec ante: Iube Domne Benedicere.

QVAESTIO LXVI.

PORRÒ ante Lectiones illius feriæ prædictæ: Iube Domne Benedicere nõ Dicitur: nec post eas, Tu autem Domine: quoniam pastor recessit: & Sacerdos qui gregi benedicere, & miserere debet.

Cur post Lectiones prædictas dicamus, Hierusalem Hierusalem conuertere &c.

Quæst.

Biblioteca de Galicia

QVAESTIO LXVII.

AT loco: Tu autem Domine Miserere nobis, ponimus, siue succlamamus in fine prædictarum feriæ quintæ Lectionum: Hierusalem, Hierusalem conuertere ad Dominum tuum, quoniam illum propter peccata, ac scelera amisimus: ideo ad hoc, vt iterũ illum recuperare ualeamus, admonemur per uersum illum bis repetitum; Hierusalem, Hierusalem conuertere ad Dominum Deum tuum; ut ad pœnitentiã conuertamur.

Cur bis repetatur post huiusmodi lectiones Hierusalem, Hierusalem. &c.

QVAESTIO LXVIII.

PER hoc autem, quòd dicitur bis Hierusalem, arguitur duritia Iudæorum, & peccatorum: sicut alibi in Euangelio interpretatur; dum dicit Dominus: Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis Prophetas. Matth. 23

Biblioteca de Galicia

Quid per nouem Psalmos, nouem Lectiones, & totidem Responsoria in noctibus Dominicæ sepulturæ misticè intelligatur.

QVAESTIO LXIX.

NOVEM autem Psalmi, nouem lectiones, nouemq; Respōsoria, quæ in istis tribus noctibus diuisim cantantur per singula Nocturna, ostēdunt nobis, ac innuunt quòd Christus descendens infernum, tria hominum genera, scilicet Virgines, coniugatos, & continentes inde rapuit, & ad Angelorum societatem transuexit. Per tria ergo Nocturna, tria recolimus hominum genera, scilicet, qui fuerunt in lege naturali, & in tempore legis, & Prophetarum. ¶ Præterea sicut prædicti homines per mortem Domini in tribus, scilicet, in actionibus, cogitationibus, & gaudijs, sociati sunt nouem ordinibus Angelorū: ita p̄ tres noctes istas Dñicę sepulturæ, nouē Psalmi, nouem lectiones, totidemque Responsoria subduntur. ¶ Psalmi enim ad actiones, lectiones ad operum Dei cognitionem, Responsoria ue

rò

Biblioteca de Galicia

rò ad gaudium, & ad cantum Angelorum pertinent.

Totum Alphabetum Hebraicum in lamentationibus cur inseratur.

Quaestio LXX.

Plane totum per ordinem Alphabetum Hebraicũ in Lamẽtationibus posuit Sancta mater Ecclesia, ut per hoc notetur cæcitas, & duritia Iudæorum, qui res, tanquam Alphabetum notissimas; uidelicet, Passionem Dei intelligere, & credere nolunt, Prophęta dicente; Milũius in Cœlo, Turtur, & Ciconia cognouerũt tempus aduentus sui: Israel autem me non cognouit: Et Populus meus me non intellexit. ¶ Vel ideò apposuit huiusmodi Alphabetum in ipsis Lamentationibus, quoniam mos fuit Hebræis illud ponere in eorum cantibus, siue luctus, siue lętitiæ alicuius rei multum notabilis; ut potest uideri Prouer. 31. dum ibi dicitur Aleph. Mulierem fortem &c. & in Prologo libri Regum; ibi; Caph, Mem, Nun, Phe, Sade.

Esai. 8.

Prou. 31.

Regum.

Biblioteca de Galicia

In diuinum Officium Hebraicæ literæ in primis insertæ lectionibus feriæ quintæ, quid contineant.

QVAESTIO LXXI.

SVNT autem in primis tribus lectionibus feriæ quintæ Cœnæ Domini, literæ quædam Hebraicæ interpositæ ad hoc, quoniam interpretationes earum maxima ex parte continent sententiam uersuum quibus anteponuntur.

Quatuor primæ literæ prædictæ; scilicet; Aleph, Beth, Gimel, & Daleth, quomodo interpretentur.

QVAESTIO LXXII.

Duran. li. 6. cap. 72. in rationali. Iacob. de Valen. in Psal. 118.

EST aduertendum, quòd secundum Guilielmum, & Iacobum de Valentia, primæ quatuor literæ hebraicæ in lamẽtionibus insitæ, sic ab eo interpretantur, dicens; Aleph interpretatur doctrina: Beth, domus: Gimel, plenitudo: Daleth, tabularum;

seu

Biblioteca de Galicia

ſeu ſcripturarum; & hæc eſt ſiquidem prima connexio literarum ipſarum; in quibus dicitur, quòd doctrina Eccleſiæ, quæ eſt Domus Dei (iuxta illud Lucæ; Et factus eſt repēte de Cœlo ſonus tanquā adueniens ſpiritus uehementis, & repleuit totam domū, ubi erant ſedentes.) eſt in plenitudine ſcripturarum. Act. 2.

Quomodo intelligatur ſecunda literarum connexio quæ ſequitur.

QVAESTIO LXXIII.

PORRÒ ſequentes literæ poſt præmemoratas ſunt: He, ideſt, iſta: Vau, & Zain: ideſt, hæc: Heth, ideſt, Vita; quæ eſt ſecunda connexio, in qua dicitur, quòd iſta, & hęc doctrina quam prædiximus, eſt uita, quam uiuimus.

Tertia literarum connexio quam habeat intelligentiam.

Biblioteca de Galicia

QVAESTIO LXXIV.

INSVPER Caph, manus interpretatur: Lamech uerò ſiue Lamed, cor, uel diſcipli nã denotat: & hæc quarta connexio, in qua quidem dicitur, quòd in utero cordis diſciplina exigitur: quia nihil facere poſſumus, niſi quæ facienda erunt agnouerimus.

Quid per quintam connexionem doceamur.

QVAESTIO LXXV.

QVINTO autẽ loco quærimus quid p Mem, Nun, & Samech, doceamur & quidem Mem ex ipſis Nun: ſempiternũ: Samech adiutorium dicit; & hæc eſt quinta cõnexio, in qua detegitur, quid ex ipſis ſcripturis eſt nobis ſempiternum auxilium.

Quid nobis ſexta literarum connexio indicet.

QVAESTIO LXXVI.

IN penultimo uerò loco ſedem habet ſexta literarum hebraicarum connexio: quarum

Biblioteca de Galicia

quarum prima est Ain, secunda Phe, tertia Sadech, Ain, oculus: Phe, errauit: Sadech, iustitia, uel consolatio interpretatur; & hæc est sexta connexio; ubi dicitur, quòd sæpe dicta scriptura est oculus errantibus, & consolatio.

Vltima literarum connexio quid sibi velit.

QVAESTIO LXXVII.

NOVISSIMO uerò loco aduertamus, quòd septima literarum hebraicarum connexio hoc nobis innuit: quod, Coph, aspice super: Res, caput: Sin, super vulnus: Thau, signum, uel consummationem dicit; & hæc est septima connexio prædictarum literarum; ubi in numero fit mysticus intellectus, quando dicitur; Aspice in scriptura contineri caput nostrum, à quo habemus medelam super vulnera, & sequimur consummationem, idest, vitam æternam. Hæc omnia supradicta declarat Iacobus de Valentia. In Psal. 118.

Can-

Biblioteca de Galicia

Candelæ cur in fine huius triduani officij extinguantur.

QVAESTIO LXXVIII.

ITAQVE toto ferè perfecto à Sacerdotibus Officio, candelæ, ſiue lumen extinguuntur, vt per huiuſmodi tenebras in iſtis tribus adhibitas, & celebratas noctibus recolamus illas tenebras, quæ tribus horis fuerunt Chriſto in Cruce pendente. ¶Vel ideò tribus noctib. lumen extinguitur, quia uerum lumen triduo iacuit in Sepulchro.

Nota.

Candelæ propter quid non ſimul omnes extinguantur.

QVAESTIO LXXIX.

SED eſt adùertendum, quòd prædictæ candelæ, ſecundum Gulielmum, una poſt aliam extinguũtur, & nõ omnes ſimul: quoniam, & poteſt eſſe ratio, vt fatur prædictus Gulielmus, Diſcipuli non ſimul à Chriſto, ſed ſucceſſiuè unus poſt alium diſceſſerunt.

Guilielmus li. 7. cap. 72.

Can-

Biblioteca de Galicia

Candela, quæ in medio est aliarum, cur non extinguatur; sed occultetur.

QVAESTIO LXXX.

NON vacat etiam à mysterio, quòd candela medium tenens, & omnibus altior existens alijs non extinguitur, sed vel in arca, uel post altare recōditur, occulteq; seruatur: ut postea reueletur, & Ecclesiam illuminet: quoniam talis candela fidem, quę in sola Virgine remansit, significat, & innuit, per quam postea omnes fideles docti, & illuminati sunt. ¶ Vel huiusmodi candela significat Christum, qui licèt uideretur, secundum carnem extinctus, tamen secundū diuinitatem, quæ illis erat occulta, uiuebat; & posteà resurgens cum luce clarissima, se suis discipulis manifestauit. ¶ Vel talis candelæ occultatio notat fidem post infidelitatem: sed luminis renouatio, significat noui Testamenti renouationem.

Vt

Biblioteca de Galicia

Vt quid candela, quæ vltima extinguitur, sit omnibus alijs maior.

QVAESTIO LXXXI.

SANE candela, quæ ultima extinguitur, est maior cæteris, secundum aliquos, significatq; Christũ, qui fuit Dominus Prophetarum, secundum uerò alios, ubi candela non est maior, sed est æqualis alijs, Christum similiter denotat, qui reputatus est unus ex Prophetis. Et ultima extinguitur, quia nullus post eum apud illos propheta surrexit: sed extinctus, eis perfidiæ tenebras dereliquit.

Extinctio lampadum per Ecclesiam, ac aliorum luminarium quid denotet.

QVAESTIO LXXXII.

POST candelas, luminaria quoque successiuè unum post alterum extinguuntur, ac lampades omnes; unum tamen penè extinguitur, quia absconditur, & posteà reuelatur: Ad notandum, quòd peruersi uineę cultores, & generatio praua, nuntios patris

Luc.20.

Matth.23

Biblioteca de Galicia

patris, uidelicet Prophetas, per uaria tempora, completo suo mysterio Prophetiæ, occiderunt, & tandem patris hæredem, quem hæredem in sepulchro positum, lumine occultato figuramus: cuius luminis reuelatio est Resurrectionis eius manifestatio, & commemoratio. Luc.20. Matth.23

Cur ad Benedictus extinguantur sic omnia luminaria.

QVAESTIO LXXXIII.

AMPLIVS ad canticum Euangelicũ, hoc est, ad Benedictus, omnia, præter supremam candelam, extinguuntur luminaria: quia Christus Dominus noster Euangelizans occiditur.

Vt quid vociferatio ad Benedictus, siue tumultus fiat.

QVAESTIO LXXXIV.

STREPITVS autem, siue tumultus popularis, qui tunc fit ad Benedictus, nihil aliud est, siue signat, quàm concrepatio, cõ- Nota.

crepa-

Biblioteca de Galicia

crepationēvè Iudę proditoris, & tumultus
Luc.22. cohortis, quam cum gladijs, & fustibus Iudas contra Christum adduxit.

Quibus de causis Pater noster, & post Orationem, Qui tecum uiuit &c. dicantur sub silentio.

QVAESTIO LXXXV.

POST popularem uerò ad Benedictus tumultum, & uociferationem, prociden tes nos in terram, dicimus Pater noster sub silentio, ac Psalmum Miserere mei, cum col lecta: Respice quæsumus domine: Qui tecū sub silentio pronuntiantes: in quibus timor Apostolorum in occultis notatur, ac signat.

Quid frangor, sonitusvè, aut strepitus nobis denotet.

QVAESTIO LXXXVI.

POST quàm supradicta omnia sunt absoluta, fit cum manu, uel alio quodam modo sonitus, strepitusvè, aut frangor, qui

sonitus

Biblioteca de Galicia

ſonitus,& frangor repræſentat terrorem eo rum, Apoſtolorum, nẽpè incuſſionem, vel ex tumultu cohortis, uel ex terræ motu.

Cur ab hac die, vſque ad Octauam Pentecoſt. omittatur Officium Beatæ Mariæ Virginis.

QVAESTIO LXXXVII.

AB hac quoque die feriæ quintæ Cœnę Domini, uſque ad octauam Pentecoſtes, Officium Beatæ Marię Virginis omittitur, ut memoriæ, atque reuerentię Paſſionis, atque Reſurrectionis Domini Noſtri Ieſu Chriſti (de quibus hoc tempore ſancta mater Eccleſia agit) ardentius inſiſtatur. Cùm ergo honor, & obſequium ſpecialiter hoc tempore Chriſto eius nato in noſtra humanitate, paſſo, & glorificato, impenſum redundet in ipſam matrem, nulla ſibi quidem fit iniuria ipſum officium omittendo.

Mortuorum Officium, cur hoc ipſo tempore prædicto omittatur.

Quæſt.

Biblioteca de Galicia

QVAESTIO LXXXVIII.

VLTERIVS progredientes, dicimus, quòd cum recordatio, ac commemoratio beneficiorum Christi, præcipuè, quę ipse suę Passionis,& Resurrectionis tempore nobis omnibus contulit omnem nostrũ affectum,& intellectum requirat:iccircò iure quidem optimo à prędicta die ferię quintę,usque ad octauam Pentecostes,Ecclesia Dei sancta illud solum officium, quod ad ipsum Christum spectat, & in quo de eius Passione, & Resurrectione agitur, hoc ipso tempore dicit,& celebrat,ac cantat, & non Officium Mortuorũ, vt sic non plura ad plura dispersa, ad unum duntaxat uehementius occupetur.

Mortui an aliquod sentiant dispendium ob id, quod hoc tempore prædicto Passionis,& Resurrectionis Christi eorum nõ dicitur Officium.

QVAESTIO LXXXIX.

SED nec propter hoc defuncti, qui sunt in Purgatorio,dispendium patiuntur: quia

Biblioteca de Galicia

quia non dicitur eorum officium isto tempore Passionis,& Resurrectionis Christi:Etenim cùm sint nobis per charitatem uniti, ideoque beneficiorum nostrorum ipsi quoque,secundum quod meruerunt, sunt participes. Nec expressius memoria pro illis fieri posset, quàm agendo memoriam de morte,& resurrectione Christi, per quam à pœnis liberari expectant.

Dictio Parasceue quid indicet.

QVAESTIO XC.

POST feriam quintam Cœnæ Domini,sequitur Feria sexta in Parasceue: ubi aduertendum,est, quòd Parasceues(secundũ Abbatem,siue Glossam) dies est Veneris:Quia Iudæi in die Veneris solent parare escas pro die Sabbati: & dicitur Parasceue ab apparatu ciborum, uel escarum.

c.Quia.de Iudæ. & sar.in ver. Parasceues. Exod. 16.

Hæc Feria sexta quot habet priuilegia

QVAESTIO XCI.

HAEC sexta Feria:imò & ab ista sexta feria, omnes aliæ feriæ sextæ priuile-

Biblioteca de Galicia

giate ſunt propter Chriſti paſſionem, ſicut & à ſequenti Dominica omnes alię Dominicæ propter eius Reſurectionem: ſunt autem huiusmodi ſextæ feriæ, ſex priuilegia, ſcilicet Chriſti immolatio, Inferni ſpoliatio, mortis conculatio, humani generis redemptio, Paradiſi reſeratio, uel apertio, & ſcripturarum manifeſtatio.

Sabbatum Sanctum cur dicatur Sabatum curq; addatur ſanctum.

QVAESTIO XCII.

POſtquam pauca ſuppoſuimus de die Paraſceue, hoc eſt, die Veneris Sancti: conſonum eſt conſequenter, & de Sabbatho Sancto etiam aliqua referre. Planè ſicut Deus operibus creationis Mundi (ſcilicet in ſex diebus) completis, in ſeptima die requieuit ab omni opere quod patrarat, ſic & in ſexta ætate operibus creationis conſummatis (iuxta qd Chriſtus in Cruce pendens, dixit, Conſummatum eſt.) in ſeptima ætate requieuit: Nam cùm anima eius paſſibilitatem corporis heri exiuit, quodammodo requieuit, ac in ſepulchro obdormiuit,

Geneſ. 1.

Ioan. 19.

Biblioteca de Galicia

uit:ut hoc etiam bene teſtantur Antiphonę primi nocturni diei Sancti huius. Prima enim Antiphona dicit; In pace in idipſum dormiam,& requieſcam.Secunda ſimiliter hoc ferè idem & ipſa teſtatur: ex quibus omnibus ſupradictis,colligimus uerè diem hunc Sabbatum dici, ideſt,requiem. Quia requieuit toto opere ſex dierum perfecto: requieuit itidem poſtquàm creauit omnia,ut diximus, requieuit & in ſepulchro poſt mortem. Sabbathum uerò Sanctum antonomaticè dicitur,eo quòd,ut prænotauimus,requiem Chriſti ſignificat ab opere creationis in fine ſextæ ætatis. ¶ Vel propter requiem Chriſti, in cuius morte ſanctificati ſumus omnes.¶ Dicitur etiam Sanctũ,propter baptiſmum quod fit in die iſta, in qua noua Eccleſię proles ſanctificatur,ut uidetur hic Romę in Eccleſia Sancti Ioannis Lateranenſis,in qua multi tali die aquis lauantur,mundantur,& ſanctificantur:Sanctum enim dicitur,quod omninò mundum eſt,&parum,neque quicquam terrenæ contagionis habet. Dicitur & illud ſanctum; quod Dei cultui, eo obſequio eſt contentum,ut nõ poſſit amplius in humanos uſus accommodari.

Antiphonæ.

Sabbathũ cur ſanctum dicatur.

Sanctum quid.

Biblioteca de Galicia

In diuinum Officium

Vesperæ Sabbathi Sancti, cur ita sint breues.

QVAESTIO XCIII.

VESPERAE autem Sabbathi sancti, ideò sic breuissimæ sunt, scilicet; Laudate Dominum omnes gentes tantum, quę quasi non sunt Vesperæ: quia Sabbathum æternæ quietis, quod per hoc Sabbathum figuratur, nullam habet Vesperam. ¶ Fit etiam breue Officium propter ipsos neophitos, quibus omnia debent breuiter cantari, maximè primo die, ne eis generetur fastidium ex prolixitate.

Hymni cur hoc die sancto Sabbathi Sancti inclusuè non dicantur usq; in Domi. in albis.

QVAESTIO XCIIII.

HYMNI quoque hoc die Sabbathi Sãcti, immo & per octo dies ultra, nõ canuntur; quoniam in resurrectione non cantabimus hymnos huiusmodi, sed in plateis

Hie-

Biblioteca de Galicia

Hierusalem cantabimus Alleluia, ut Thobiæ 13. sed loco hymni cantatur Alleluia, propter spem quam habemus de gloriosa resurrectione. Thob. 13. Cur loco hymni dicatur Alleluia.

Paschale tempus quid significet.

QVAESTIO XCV.

QVID autem Paschale tẽpus indicet, dicẽdũ est modò, & quidem totũ hoc Paschale tempus significat tempus illud, quod erit post diem Iudicij, quando uidelicet, ad patriam uitæ, quam per Adam amisimus, Deo propitiante, regrediemur.

Pascha quid, & unde dicatur.

QVAESTIO XCVI.

PASCHA græcum nomen est, quod hæbraicè dicitur phase, quod latinè transitus interpretatur. ¶ Et non dicitur Pascha à passione, sed dicitur à transitu; & hoc hystoricè ex eo, quod exterminator Angelus uidens sanguinem in foribus Israelitarum pertransijt, nec eos percussit: Tunc Exod. 12 Nota. Exod. 12.

Biblioteca de Galicia

etiam Populus ex Aegypto transiuit, id-est, exiuit, tertiaque die mare rubrum pertransijt. ¶ Dicitur etiam allegoricè, quia Ecclesia in hoc tempore transijt per Baptismum ab infidelitate ad fidem. ¶ Tertiò dicitur Tropologicè, quoniã hoc tempore transimus per contritionem, & cõfessionem de uitijs ad uirtutes. ¶ Quartò dicitur anagogicè, quia tunc Christus transijt à mortalitate ad immortalitatem: & faciet nos etiam transire: Vnde in Euangelio
Ioan. 13. dicitur: Cùm uidisset Iesus, quia uenit hora ut transiret de hoc mundo ad Patrem &c.

Pascha cur potius græcè, quàm hebraicè nominetur.

QVAESTIO XCVII.

PRETEREA hunc sanctissimum resurrectionis diem græco, & non hebraico
Nota. uocabulo nominamus: licet lingua hebraica dignior sit, tanquàm mater, ne in hoc uideamur iudaizare, phase dicentes.

Ad

Biblioteca de Galicia

Ad exprimendum hunc transitum cur potius græco, quàm latino uocabulo utimur.

QVAESTIO XCVIII.

ITEM ad exprimendum sæpe iam dictũ transitum, uel phase, aut Pascha, uocabulo græco potius utimur, quàm latino: quoniam græca lingua antiquitus Romæ, & in Italia tantæ fuit authoritatis, ut non solùm dies solennes græcis nominibus nuncuparentur, vt Pascha, Pentecoste, & Epiphania; uerùm etiam & dignitates, ut Apostolicus, Patriarcha, Archiepiscopus, Episcopus, & huiusmodi. capit. licet de ferijs per gloss.

Cur Pascha semper celebretur in die Dominico.

QVAESTIO XCIX.

NOTANDVM est etiam, quòd Pascha nostrum semper debet fieri in die Dominico: ut statuit Pius Papa, & etiam Victor Papa, qui propter hoc Concilium Palestinum conuocauit, licet enim primus eodẽ die celebraretur: quia tamen quidam inde In decretali Epistola 1. ad vniuersos

Biblioteca de Galicia

Christifid. tom.1.Cõcil.de concef.dist.3. c.nosce,& c.seq.

dubitabãt, Angelus Domini ad corroborãdos eorum animos apparuit in habitu pastorali Hermæ doctori, præcipiens, ut Pascha semper diebus Dominicis celebraretur.¶ Hic, quoniam de hac dictione Pascha forent multa dicenda: at quoniam de Paschate hoc loco ex professo tractare non intendo: iccircò qui uoluerit de huiusmodi solennitate alia inuestigare uideat D. Rupertum, & D. Duran. suis locis, qui diffusè de hoc inquirunt.

In prima Decretali Epistola ad Theophylum. tom.1.Cõciliorum. de concef. dist.3.celebritatem.

Paschatis septimana cur tres tantùm Psalmos, tres Antiphonas, & tres cantet, legatq; lectiones

QVAESTIO C.

ADVERTENDVM nobis est, quòd in die Paschatis sanctissimo, immo & ꝑ totam hebdomadam inclusiuè cantantur tres Psalmi cum tribus Antiphonis, ac tribus Lectionibus, ac ideò numerus Psalmorum, Antiphonarum, & Lectionum, iste ternarius obseruatur: Quoniam, inquit Gregorius, hoc fit propter honorem

cap. Inde de cons. distin. 5.

Tri-

Biblioteca de Galicia

Trinitatis. ¶ Vel quia per hoc notatur triduana Domini sepultura. ¶Vel quia eo tēpore per præcedens ieiunium sunt sancti homines emacerati, & afflicti:& ideò inquit & Durandus:Hominibus propter præcedens ieiunium attritis parcitur.¶ Vel dicamus,quòd per tres Psalmos,tria tempora significantur:per tres uerò Antiphonas, significantur Patriarchę,& Apostoli: At tres leguntur lectiones,quia lex, Psalmi,& Prophetæ Resurrectionem Domini profitētur. Lib. 6. c. 87.

Cur ad primam huius Sanctissimi diei non fiant petitiones, obsecrationes, & postulationes.

QVAESTIO CI.

SCIRE etiam debemus,quòd ideò in Officio primæ huius sanctissimę diei minimè petitiones,obsecrationes,nec postulationes facimus: quoniam, dicit Dominus; In die illa non rogabitis me quicquam. ¶Vel quia cùm glorificati resurrexerimus, non indigebimus istis. Ioan. 16.

Cur

Biblioteca de Galicia

De præcibus.

Cur Preces ad primam non dicantur.

QVAESTIO CII.

PRETEREA nec precēs in hoc ſacratiſſimo Paſchatis die ad Primam dicuntur, quia ubi non erit miſeria, non erit petēda miſericordia: & ubi non erit tentatio, nō erit dicendum, libera nos à malo.

Cur nec Capitulum dicatur.

QVAESTIO CIII.

DEMVM nec Capitulum ad hanc horā huius ſancti diei primā dicimus, quòd eſt refectio, ne poſt longam pſalmodiam homo tædio afficiatur: confortat enim feſſos; ſicut electuariū membra, tum quia ibi, ſcilicet, in futura uita, nullū erit tædium, tum quia in Officio breuis eſt pſalmodia.

Hæc ſeptimana Paſchatis quid ſignificet.

Quæſt.

Biblioteca de Galicia

QVAESTIO CIV.

ISTI verò septem dies Paschæ resurrectionis Christi, ideo computantur cum Septuagesima, quia hæc septimana est septima à quadragesima: & per hanc septimanã significat illa Septuagesima, in cuius septima decade filij Israel acceperunt licentiam redeundi, & iam quasi liberati erant.

Cur semper per hos septem dies dicatur, Hæc dies quam fecit Dominus. &c.

QVAESTIO CV.

PORRÒ omnes isti septẽ dies, sunt quasi vna dies Dominica: Vnde & ideo semper cantatur in eis, Hæc dies quam fecit Dominus, exultemus, & lætemur in ea: de qua die uidẽ q̃ dixi in Hymno Natiuitatis Domini, primo de mente Beati Maximi Episcopi. Et in præfatione quoque Missæ dicitur; Te quidem omni tempore, sed in hoc potissimùm die gloriosius prædicare &c.

Maximus Episcopus.

Cur

Cur ſemper de Reſurrectione Domini noſtri in iſtis ſeptem diebus agamus.

QVAESTIO CVI.

Nota.

EST autem nobis aduertẽdum, quòd in iſtis ſeptem dieb. prædictis Paſchatis, ideò ſemper de Reſurrectione Domini Noſtri Ieſu Chriſti in officio agimus; ad oſtendendum, quòd per ſeptem dona Spiritus ſancti, uenitur ad ueram Reſurrectionem. ¶ Vel potius, quia in tota uita iſta (quæ per ſeptem dies currit) debemus anhelare ad gloriam Reſurrectionis quãtum poſſumus.

Dominica in Albis cur ſic appelletur.

QVAESTIO CVII.

QVONIAM uerò in tota Septuageſima, quæ uſque ad hũc ſacratiſſimum Paſchatis Reſurrectionis diem protenditur, pœnitentiam agimus: ideò omniũ mater

Biblioteca de Galicia

mater Ecclesia sancta hodie celebrat induta albis, ut magis, ac magis albi nos quoq; simus, ac candidi, ut etiam hortamur à nostra matre Ecclesia in primo hymno, qui incipit; Ad cœnam agni prouidi, & stolis albis candidi: & ibi uide aliquid faciens ad hunc locum. ¶ Cæterùm ob id fortè dicitur Sabbathum in albis, & Dominica in albis, quòd Neophyti albis uestib. in Sabbatho sancto, postquam aquis abluti sunt baptismatis, induantur, & usque ad hunc diem illis utantur. ¶ Vel ob id (& fortè melius) quòd Angelus iam sanctis mulieribus in albis apparuit coopertus stola candida. Mar. 16.

Rogationes quid sint, & quando fiant.

QVAESTIO CVIII.

SCIENDVM nobis est, (vt patet & ēt in Romano Breuiario) quod in tribus diebus ante festum Ascensionis Domini Nostri Iesu Christi, fiunt Rogationes, quæ dicuntur Litaniæ: Litania enim græcè, apud nos uerò supplicatio, seu rogatio est; In qua supplicamus Deo, vt nos à morte subita- De Rogationi. Litania quid.

nea,

nea,& ab omni infirmitate defendat:Rogamus uerò Sanctos, ut pro nobis apud Deũ intercedant. ¶ Fiunt autem hæ rogationes tribus diebus ante Ascensionem Domini: vt per ieiunium, quod in hoc triduano (secundum Aurelianense Concilium) facere debemus, & orationem parum de carne habeamus; ut propter carnis macerationem, acquiramus nobis alas per orationem, quæ est ala, quia anima nostra uolat in Cœlum; vt sic Christum ascendentem liberè sequi & nos ualeamus.

De cõsec. dist. 3.

Rogationes.

Aurelianen. Cõc. 1. cap. 29. tom. 1.

Note.

Cur Litaniæ græco denominentur vocabulo.

QVAESTIO CIX.

LITANIAE autem denominantur græco potius, quàm latino uocabulo, propter authoritatem linguæ Græcæ, prout dictum est supra eodem Tractatu, quæst. 96. hoc est; quoniam græca lingua antiquitus Romæ, & in Italia tantæ fuit authoritatis, ut non solum dies solennes; de quibus, ut ibi, uerùm etiam dignitates græcis nominibus nuncupabantur.

Quo-

Biblioteca de Galicia

Quotuplex sit Litania.

QVAESTIO. CX.

ESt autem nobis insuper aduertēdū, quòd litania est duplex, maior nempè & minor. Maior autem litania ob id dicitur, quoniā in maiori loco, scilicet, Romæ, & à maiori, scilicet à magno Gregorio, & pro magno, & grauissimo morbo inuenta est: litania uerò minor dicitur altera, quoniā à minori, scilicet simplici Episcopo Mamerco nempè, & in minori loco, nempè Hiemnæ inuenta est. Litania quotuplex.

Minor litania quando fiat.

QVAESTIO CXI.

EA propter etiam litania minor, quæ etiam rogationes, & processiones uocantur, fit tribus ante Ascensionem, quia eo tempore apud Hiennam uidens Mamercus eius Episcopus magnam luporum, & aliarum ferarum, acriter homines perimentium pestem, periculososque terremotus illic crebrò contingentes, induxit, siue indi- Aurelianen. Cōc. capit. 29. Tom. 1.

xit

xit ieiunium, & huiusmodi tunc instituit litanias, quæ (ut diximus paulò antè) minores nominantur.

Litania maior quando fiat.

QVAESTIO CXII.

Lib. 7. ca. 102. in Rationali

MAIOR verò litania in festo Beati Marci celebratur, propter pestem inguinariam, siuè inflaturam inguinum, cuius institutionis causas describit post Paulũ Monachus Montis Cascini, Durando, dicẽte; Quòd tempore Pelagij Papæ tanta fuit inundatio aquarum per Italiam, quòd aquæ ascenderunt usque ad superiores fenestras Templi Neronis, quod erat Romæ, nec aquæ intrabant in templum. Ex hoc tunc per Tyberim effluxit multitudo serpẽtũ, inter quos fuit maximus Draco, ex quorum flatibus percorruptus, inde emersit pestis inguinaria, qua homines passim, & subitomoriebantur. Et cùm penè totus populus Romanus moreretur, acdeleretur. Pelagius Papa omnibus ieiunium, & processionem indixit: sed in ipsa processione ipse cum septuagita alijs expirauit, cui substitutus fuit

Nota.

Gre-

Biblioteca de Galicia

Gregorius primus, qui & magnus dictus est; & hanc litaniam ubique terrarum seruari præcepit, & ideò hæc litania dicitur Gregoriana, ut supra diximus. ¶ Contigisse autem dicitur Romanis premissa inguinaria pestis pro eo, quod cum in Quadragesima continēter uixissent, & in Paschate corpus Domini recepissent, postmodum ludis, comessationibus, & luxuriæ frena laxabant. ¶ Fuit si quidem tam sæua hæc pestis, ut ubique homines perimeret: ita, quòd (sicut dicitur) cū aliquis sternutabat, sæpe spiritum emittebat. Vnde cum aliquis sternutabat, alter audiens, & accurens ei, dicebat; Deus te adiuuet. Et abinde (ut dicunt) hæc adhuc consuetudo seruatur, ut audiens aliquem sternutātem, statim dicat, Deus te adiuuet. ¶ Rursus fertur etiam, cùm tunc aliquis oscitabat, frequēter spiritum emittebat. Vnde cùm aliquis se uelle oscitare sentiebat, continuò signum Crucis sibi imprimebat, quæ similiter consuetudo usque ad hodiernum diem ipsa seruatur.

In quæst. 10.

Nota.

Nota.

Litaniæ cur cruces nigræ uocentur.

Biblioteca de Galicia

QVAESTIO CXIII.

HVIVSMODI item litaniæ maiores, quæ fieri solēt in prædicto festo Beati Marci, cruces nigræ uocari etiam sæpe solent, ob id, quod in signum mœroris ex tanta hominum strage, & in signum pœnitentiæ homines nigris uestibus induebantur, & cruces, & altaria nigris uelabantur.

Nota.

Cur in processionibus crux, & arcare liquiarum præcedant.

QVAESTIO CXIV.

CAETERVM in processionibus præcedunt crux, & capsa reliquiarum Sanctorum: ut uexillo crucis, & oratione Sanctorum, dæmones repellantur. ¶ Portatur item uexillum ad repræsentandam Victoriam resurrectionis, & ascensionis Christi, qui cum magna præda cœlos ascendit. Ascendisti enim, inquit Psaltes, de Christo Domino nostro, in altum, cepisti captiuitatem: Vnde uexillum per aera incedens, est Christus in Cęlum ascendens. ¶ Et sicut vexillum in processione ipsa multitudo fidelium sequitur, sic

Psal 67.

Nota.

Biblioteca de Galicia

sic & Christum ascendentem magna Sanctorum Patrum collectio comitatur.

Vnde Ecclesia sumpsit ut in processionibus vexillum sanctæ Crucis portaret.

QVAESTIO CXV.

QVOD verò Cruces, & vexilla portãtur, à Constantino sumpsit Ecclesia, qui cũ in Somnis crucis signũ uidisset, eiq; dictũ fuisset, In hoc signo uinces; iussit in vexillis bellicis: aliàs, nelle bandiere, ò nelle insegne, crucem insigniri, quod & hodie seruatur. Nam & Pius Papa Quintus sic, & in Vexillo, quod Marco Antonio Columnæ, exienti cõtra Turchas ex altari Beati Petri illud accipiens, tradidit, crucis signũ erat sculptum: necnon & illud Constantini admonitum, hoc est: In hoc signo vinces, & quæ ad hanc faciunt propositam materiam vide in hymno unius martyris, qui incipit; Deus tuorum militum, in quo multa de hac re inuenies.

Anno Domini 1571.

Biblioteca de Galicia

Propter quas alias causas fiant litaniæ.

QVAESTIO CXVI.

Ob quas alias causas fiant litaniæ.

FIVNT etiã litaniæ propter plures alias causas, nempè pro guerra, pro fame, pro pestilẽtia, de qua dubitans Beatissimus Vgo Papa Gregorius decimus tertius, & ip se ordinauit litanias, & preces in Ecclesijs Romæ reuerenter quotidie dici, atque cantari, nec non & in Missis orationem contra pestem dici, quod hodie nos sacerdotes il labefactè obseruamus hic Romæ, ut sic ista, & omnes imminentes aduersitates per sup plicationes, & orationes, atque ieiunia effugiamus.

Anno Verbi Incarnati 1577.

De cõsec. dist. 3. Rogationes.

Propter quam aliam causam litaniæ hoc tempore fiant.

QVAESTIO CXVII.

NON solum autem (ut diximus) litaniæ fiunt hoc tempore, scilicet in festo Sãcti Marci, ob id, quod pestis inguinaria homines infestaret, sed fuit etiam, ut fructus terræ

Nota aliã rationẽ.

Biblioteca de Galicia

terræ dare,& conseruare dignetur Omnipotens Dei bonitas. Quia ergo tali tempore bella emergere solent, & fructus terræ, qui adhuc in teneritate,uel flore sunt, pluribus modis facilè corrumpi solent:Ideò hoc tempore per Litanias Deum rogamus, ut talia à nobis auertat:& ab aeris intemperie, & à bellis,& ab hostibus Christianæ religionis nos eripiat,& defendat:super hoc patrocinia sanctorum potissimũ, & generaliter implorantes:& ideò Rogationes uocantur:de quibus hæc sufficiant. ¶ Sequitur modo, ut de Domini Ascensione, & eius officio transcurramus aliqua sub breuitate dicentes.

Quænam differentia sit inter Ascensionem, Assumptionem, & euolationem.

QVAESTIO CXVIII.

QVONIAM autẽ ex Ascensione Christi sequitur officium:ideò quod sit discrimen inter Ascensionem, Assumptionem,& euolationem,uidendum est.Et quidem

De Ascensione Christi.

Biblioteca de Galicia

quidem Ascensio ad Christum pertinet. Assumptio ad Beatam Virginem: Euolatio autem ad Sanctos: & ratio huius est: quoniam
Psal. 20. Ascensio fit propria uirtute ascendentis: Assumptio autem virtute Christi assumentis: qui filius specialiter obsequitur matri: Euolatio autē fit ministerio Angelorum. ¶ Alia est differentia: quia locus euolantiū est distinctio chororum. locus uerò Assumptæ Virginis est super Choros Angelorum, locus uerò Christi ascendentis, est supra locum Assumptę Virginis.

Quot in Ascensione Domini Nostri Iesu Christi, siue in eius officio veniant consideranda.

QVAESTIO CXIX.

CIRCA Ascensionem Christi in hoc sancto officio, octo sunt consideranda
Act. 1. quæ ex nostro Ascensionis officio colliguntur. Primum est, quòd scilicet eleuatus est omnibus uidentibus discipulis: vt desiderium

Biblioteca de Galicia

rium veniendi ad ipsum excitaretur in eis.
¶ Secundum est, quòd nubes suscepit eum ab oculis eorum : & per umbram nubis figuratur, q̃ in hoc mortali corpore Iesum in alto uidere non possumus : hæc supradicta duo patent in primis Lectionibus. ¶ Tertiũ est, quòd eleuatis manibus, ferebatur in cœlum. Eleuauit autem manus propter duo, scilicet, ut suos patri offerret, & ut inimicos altè retracta manu percuteret ; Hoc autem patet ibi, nempè in tertia laudum Antiphona. ¶ Quartum est, quòd benedixit eis, vt eos contra hostem muniret, & bonis cœlestibus angeret, quod ex Luca, & ex eadem Antiphona laudum tertia patet. ¶ Quintũ est, quòd ascendit in iubilatione: quod refertur ad uocem iocunditatis redemptorum ascendentium cum ipso, qui prius uoce lachrymabili in portis inferni clamauerũt. Ad uenisti desiderabilis, quem expectabamus in tenebris, hoc autem quintum patet ibi, scilicet, in tertia Antiphona secundi Nocturni, & in eius Psalmo. ¶ Sextum est, quòd ascendit in uoce tubæ, quod refertur ad sonum prædicationis Apostolorum, qui sonus fuit eis iniunctus, dicente Domino: Eũtes in mundum uniuersum, prędicate Euan

Act. 1.
Luc. 14.
Nota.
Psal. 46.
Matth. 28

Biblioteca de Galicia

gelium omni creaturæ; idest, hominibus, qui de omnibus creaturis aliquid habent, uidelicet esse cum lapidibus, uegetare cum arboribus, sentire cum animalibus, intelligere cum Angelis: hac autē de re uide, quę
Lib. 1. dixi circa primum hymnum, qui incipit; Primo dierum omnium. &c. hoc autē sextum patet similiter in prememorata tertia secun
Psal. 46. di Nocturni Antiphona, & in eius Psalmo. ¶ Septimum est, quòd ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, idest: capti-
Isai. 45. uos captiuitate Inferni, quos secum uictor eduxit. Christus enim post mortem descendit ad Inferos, qui portas æreas confregit, & uisitauit Infernum, & dedit eis lumen, ut uiderent: contriuit ergo portas æreas, & uectes æreos confregit, & captiuam duxit
Psal. 106. captiuitatem, in qua cùm esset Dauid, & ui-
Psal. 27. dens se liberari, dixit; Domine eduxisti ab Inferno animam meam, & saluasti me à de-
Psal. 67. scendentibus in lacum: hoc autem septimum desumptum uidetur ex Psalmo 67. ¶ Octauum est, quòd dedit dona hominibus: quia omnia bona nostra desursum sunt, quo Christus ascendit: hoc etiam octauum ex eodem prædicto Psalmo exceptum est.

Pen-

Biblioteca de Galicia

Pentecoste, quid & vnde dicatur.

De sancto Pentecostes festo. c. de priui. eorũ, qui in sacro Palat. milit. l. 2. lib. 12. Et Clem. una. de reliq. & uen. sancto. §. Nos.

QVAESTIO CXX.

PENTECOSTEM à pente; idest, quinq; & costen, idest, decem dicitur, quoniã quinque decem dies sunt à Pascha Resurrectionis, usque ad Pentecosten. post quinq; enim decades Paschæ hoc celebratur Pentecostes festum.

Cur Alleluia sic frequenter in Sanctissimo hoc Pentecost. festo cantetur.

QVAESTIO CXXI.

ICCIRCO autem frequentatur, ac frequenter in hoc sacratissimo Pentecostes festo Alleluia cantatur, immo & per totam hebdomadam Pentecosten: quia per dies Pentecostes, Ecclesia per baptismum Deo populos congregat: & ideò saluti eorum congaudens, quousque albis utuntur uestibus hymnum laudis decantant. Tunc enim stantes oramus in signum liberationis eorundem

Nota.

Biblioteca de Galicia

rūdem, qui per dona Spiritus Sancti de mor te ad uitam resuscitari meruerunt.

Cur in hac Pentecostes nocte legamus duntaxat tres Lectiones, tres Antiphonas, & tres Psalmos.

QVAESTIO CXXII.

IN hac autem Sacratissima Pentecostes nocte, necnon & per totam huius sancti Festi hebdomadam, leguntur tres Lectiones, & dicuntur tres Psalmi, cum tribus Antiphonis, sicut in nocte Sacratissimæ Paschæ: ad notandum unum esse opus totius sanctæ Trinitatis in potentia miraculorum. ¶ Vel hoc etiam fit propter sacramentum Baptismi in trium personarum, Patris scilicet, Filij, & Spiritus sancti nomine celebrati. ¶ Vel ob triduanam Domini sepulturam, cui sumus in Baptismo consepulti. ¶ Vel ideò tres Antiphonæ, & tres Psalmi, tresq; leguntur Lectiones in hoc ipso festo: quia Spiritus sanctus tria circa Apostolos operatus

Nota.

Biblioteca de Galicia

tus eſt. Nam illos ueteres innouauit, innouatos confirmauit, & confirmatos ad alios miſit. Ad primum pertinet illud, quod dicitur in prima Nocturni officij Antiphona, vbi dicitur; Factus eſt repente de Cęlo ſonus. Ad ſecundum, quod dicitur in ſecunda, nempè: confirma hoc Deus. Ad tertiam, quod dicitur in tertia, ſcilicet, Emitte Spiritum tuum &c.

Antiphonæ cur terminentur per duplex Alleluia.

QVAESTIO CXXIII.

OB id autem Nocturni huius ſacratiſſimæ ſolennitatis Antiphonæ per duplex Alleluia finiuntur, ac terminātur: quoniam Spiritus ſanctus duo in Apoſtolis Domini operatus eſt: remiſſionem, uidelicet peccatorum, & operationem miraculorū.

Quid ſeptem dies, hoc eſt, tota Pentecoſtes octaua cum tribus Pſalmis, Antiphonis, ac totidem Lectionibus indicent.

Quæſt.

Biblioteca de Galicia

QVAESTIO CXXIIII.

PER hos insuper septẽ dies, quibus hoc diuinissimum celebramus Officiũ, tres exoluentes Psalmos, Antiphonasque, nec non & tres lectiones, indicamus septem Fratres, idest septem dona Spiritus procurare tres sorores, idest tres uirtutes Theologales, fidem scilicet, Spem, & Charitatem.

Nota.

De festo sãctissimę Trinitatis

Sanctæ Trinitatis festum, cur post Natiuitatem, ac Christi sanctissimam Resurrectionem, & post Pentecostes solennitatem celebretur.

QVAESTIO CXXV.

IN Octaua autem Pentecostes sanctæ ac indiuiduę Trinitatis præconizatur festũ in Ecclesia Dei, ut ostẽdamus Deum patri, cuius festiuitatem in natiuitate Domini celebrauimus, & filium, cuius festum in resurrectionis Paschate solennizauimus, & Spiritum sanctum, cuius missionem laudibus extollimus, unum esse Deum. ¶Vel ut nobis

Biblioteca de Galicia

bis tali in festo ille ostendatur, à quo sunt omnia bona.

Cur post octauam Pentecostes libri Regum legantur.

QVAESTIO CXXVI.

POST autem octauam Pentecostes, sequitur altera Dominica, quę una est ex principalibus Dominicis: Quia nimirum ab ea quartum incipit tempus peregrinationis nostræ: sumus etenim in via ueniendi ad Patriam, sed quoniã hostes habemus prius, quam illuc perueniamus, scilicet, carnem, mundum, & Diabolum; ideò legitur de libris Regum; in quibus agitur de bellis, & de uictorijs, ut inuitemur ad pugnandum fortiter contra hostes, ut uictoriam habeamus, sicut Iudæi de Philistinis, & tandem gloriemur in cœlis: quia non est nobis lucta tãtum aduersus carnem, sed etiã aduersus aereas potestates. Vnde primo in Vesperis illius sabbathi Dominicæ sequentis incipit dici Psalmus, Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. Ephes. 6. Psal. 143.

Excel-

Biblioteca de Galicia

Excelsum, & gloriosum sacratissimi corporis Christi festum, cur alma mater Ecclesia in quinta feria post festum Trinitatis singulis annis deuote, ac solenniter ipsa celebret.

De Festo Sacratissimi Corporis Christi

QVAESTIO GXXVII.

In Clem. Vnica. de Reliq. & Ven. Sanctorum.

LICET, inquit Clemens Quintus, igitur hoc memoriale Sacramentum in quotidianis Missarum solennijs frequentetur: Conueniens tamen arbitramur, & dignum, ut de ipso semel saltē in anno ad confundendam specialiter hæreticorum perfidiam, & insaniam memoria solennior, & celebrior habeatur. In ipso nanque Cœnæ Domini, quo die ipse Christus hoc instituit Sacramentum, Vniuersalis Ecclesia pro pęnitentium reconciliatione, sacri confectione chrismatis adimpletione mandati circa lotionem pedum, & alijs, quamplurimum occupata plenè uacare non potest celebrationi huius maximi festi. Hoc enim circa sanctos, quos per anni circulum uenera

Cur hæc generalis corporis Christi uenerationō fiat in feria quinta Cęnæ Domini.

mur,

Biblioteca de Galicia

mur,ipſa obſeruat Eccleſia, ut(quamuis in litanijs,& Miſſis,ac alijs etiam ipſorum memoriam ſæpius renouemus)nihilominus tamen ipſorum natalitia certis diebus per annum ſolennius recolat feſta, propter hoc eiſdem diebus ſpecialia celebrando. Et quia in his feſtis circa ſolennitatis debitum aliquid per negligentiam,aut rei familiaris occupationem, aut aliàs ex humana fragilitate omittitur, ſtatuit ipſa mater Eccleſia certam diem,in qua generaliter omnium ſanctorum cõmemoratio fieret, aut in hac ipſorum celebratione communi, quicquid in proprijs ipſorum feſtiuitatibus omiſſum extiterit, ſolueretur. Potiſſimè igitur exequendum eſt id circa hoc uiuificum Sacramentum corporis Chriſti & ſanguinis,qui eſt ſanctorum omnium gloria & corona, ut feſtiuitate,ac celebritate prefulgeat ſpeciali;quatenus in eo, quod in alijs Miſſarũ Officijs circa ſolemnitatem eſt forſitan prætermiſſum,deuota diligentia ſuppleatur; & fideles(feſtiuitate ipſa inſtante)intra ſe præterita memorantes,id quod in ipſis Miſſarum ſolennijs ſecularibus forſitan agendis impliciti,aut aliàs ex negligentia,uel fragilitate humana minus plenè geſſerunt; tunc attentè,

Biblioteca de Galicia

tente & uigili animo in humilitate ſpiritus, & animi puritate reſtaurent. ¶ Modo ſenti poſt Viennenſe Concilium in hac parte ſacroſanctam ſynodum Tridẽtinã; Declarat, inquit ipſa; præterea ſancta ſynodus piè & religiosè admodum in Dei Eccleſiam inductum fuiſſe hunc morem, ut ſingulis annis peculiari quodam, & feſto die præcelſum hoc, & uenerabile ſacramentum ſingulari ueneratione, ac ſolennitate celebraretur; utque in proceſſionibus reuerẽter, & honorificè illud per uias, & loca publica circumferretur. Aequiſſimum eſt enim ſacros aliquos ſtatutos eſſe dies, cùm Chriſtiani omnes ſingulari, ac rara quadam ſignificatione gratos, & memores teſtentur animos erga cõmunem Dominum & redemptorem pro tam ineffabili & planè diuino beneficio, quo mortis eius uictoria, & triumphus repreſentetur. Atque ſic quidem oportuit uictricem veritatem de mendacio, & hæreſi triumphum agere: ut eius aduerſarij in conſpectu tanti ſplendoris, & in tanta uniuerſæ Eccleſiæ lætitia poſiti, uel debilitati, & fracti tabeſcant, uel pudore affecti & confuſi aliquando reſipiſcant.

Cõcil. Triden. ſen. 13. cap. 5.

Quæ

Biblioteca de Galicia

Quæ mirabilia in hoc augustissimo, & mirabili Sacramento veniant consideranda.

QVÆSTIO CXXVIII.

AD hæc ad hoc excellentis sacratissimi corporis Christi Sacramentũ hæc mirabilia notantur, quæ omnia in hoc quoque officio eius festi patent, ac relucent. ¶ Primo nota mirabilem in eo productionem, quia de Cœlo nobis productũ est; & ad uocem Sacerdotis aperiuntur cœli: Hæc autẽ in hoc nostro officio patent ibi: Panem de Cœlo prestitisti eis &c. & ibi, Dat panis celicus figuris terminum. Et ibi: Cuius Officium committi uoluit solis Presbyteris: hoc autem figuratum fuit, ut Dominus dixit, Ego pluam uobis panem de Cœlo. ¶ Nota secundo mirabilem in eo multiplicationẽ, quæ quotidie conficitur, & sumitur, nec cõsumit, ut ibi patet; Sic totũ omnibus, quod totum singulis. Et alibi; Assumente non concisus, non confractus; non diuisus, integer accipitur. Sed hoc fuit figuratum quando Dauid partitus est in uniuersam Israelis

Nota.

De cons. distin. 2. Quid est sanguis.

Exod. 16.

De cõsec. dist. 2. c. in Christo semel.

2. Reg. 6.

Biblioteca de Galicia

lis multitudinem ſingulis collyrida panis unam,aſſaturam bubulæ carnis unam; Et
4.Reg.4. quando etiam uir ille uenit de Baalſaliſa deferens viro Dei panes primitiarum, & uiginti panes hordeaceos, & frumentum nouum in pera ſua. At ille dixit; Dà Populo, ut comedat, Reſponditque ei miniſter eius: Quantum eſt hoc, ut apponam coram centum uiris? Rurſum ille: Da, ait, populo, ut comedat: Hæc enim dicit Dominus: Comedent: & ſupererit: Poſuit itaque coram eis, qui comederunt, & ſuperfuit iuxta uerbum Domini. ¶ Nota tertio mirabilem in eo miniſtrationem: quia quo ad effectum, ita per bonos, ut per malos miniſtratur: boni enim & mali ſacerdotes æque corpus Chriſti conficiunt, quod figuratum eſt, quãdo dicitur;
1.q.1.c.intra catholicam. Cùm Helia abijt, & fecit iuxta uerbum Domini, cumque abijſſet, ſedit in torrentem Carieh, qui eſt contra Iordanem. Corui quoque deferebant ei panem, & carnes Veſperi, & uidebat de torrente &c. ¶ Nota quarto mirabilem in eo confortationem, quia ſcilicet animæ noſtræ ſubſtantiam fulcit, & quotidie accipiendus eſt iſte panis, ut quotidie proſit: Et qui de eo manducat, in æternum non deficit. Hæc autem ibi eluceſcunt,
3.Rex.17
De cõſec. diſt. 2.ca. Non iſte panis & c. Chriſtus panis eſt.

at

Biblioteca de Galicia

at duplicis ſubſtantiæ totum cibaret hominem: quod fuit figuratum, cùm Heliæ fugiẽti per deſertum uiam unius diei: & tandem dormienti: Angelus ad caput eius poſuit panem ſubcineritium, dicens; Surge, & comede, qui cùm comediſſet, ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Et qui contemnit, uel negligit hunc panem ſumere, cadit à uirtutibus; Quod figuratum fuit in veteriteſtamento, dum dicitur, ſtatimque Saul cecidit ſuper terram, & robur non erat in eo: quia panem nõ comederat illa die. ¶ Nota quinto in eo mirabilem munditiam, quia niſi dignè, & à dignis ſumatur, propinat mortis iudicium, ideſt, condemnationem manducat, & bibit, quod ibi patet, ſcilicet, in primis huius ſanctiſſimi feſti lectionibus, quas Paulus miſit ad Corinthios, deinde ad nos deuenerunt, quod inquam & Dauid ſanctus tangere uoluit, cùm dixit; Qui manducatis panem doloris. ¶ Nota ſexto in eo mirabilẽ translationem, ſiue tranſubſtantiationem, quia etiam prece iniuſti fit tranſubſtatiatio uirtute Spiritus ſancti, non meritò Sacerdotis, quod fuit figuratum, cùm ad Gedeon dixit Angelus: Tolle carnes, & azimos panes,

3.Reg.19

De cõſec. diſtin. 2. ſi quotiens &c. ſi quis intrat.

1.Reg.28

De cõſec. diſ. 2. Qui ſcelerate. &c. timorem.

Pſal. 126.

1.q.1.c. cũ ſcriptura. & ſequenti.

Iudic. 6.

Biblioteca de Galicia

& pone ſuper petram illam; & ius deſuper funde, cumque feciſſet ita, extendit Angelus Domini ſummitatem virgæ, quam tenebat in manu, & tetigit carnes, & azimos panes, aſcenditque ignis de petra, & carnes, & azimos panes conſumpſit, hoc eſt, ſacrificiũ: Angelus autem Domini euanuit ex oculis eius. ¶ Nota ſeptimo in eo mirabilem tranſmiſſionem: quia tranſmittitur etiam ad defunctos, non ſummè malos, nec ſummè bonos, quod fuit figuratum, ubi præcepit Angelus Abachuc, quòd panes, & pulmentũ, quod ferebat meſſoribus, portaret in Babylonem Danieli poſito in lacu Leonum; & cùm neſciret Abachuc locum, apprehendit illum Angelus capillo capitis ſui, & poſuit eum in Babylonem ſuper lacum; & accepit Daniel prandium.

13. q. 2. Non æſtimamus & c. animæ.

Nota.

Dan. 14.

SVMMA

Biblioteca de Galicia

De prima hora.

Tractatus Quartus.

SVMMA.

1 *Hora prima quorsum instituta sit.*
2 *Hymnus ad primam horam cur inuariabilis sit.*
3 *Psalmi huius horæ primæ cum Symbolo Athanasij quid significent.*
4 *Psalmi duo huius horæ primæ, scilicet, Beati immaculati: & Retribue seruo, cur constent ex sexdecim versibus, & quid illi indicent.*
5 *Psalmus Confitemini, cur ad hanc horam dicatur.*
6 *Capitulum huius horæ quid indicet.*
7 *Responsorium capituli prædicti quid.*
8 *Præces vt quid dicantur post Capitulum.*
9 *Kyrie eleison, cur ter dicamus in hac hora.*
10 *Pater noster post Kyrieeleison cur dicatur.*
11 *Pater noster, cur demissa dicatur voce.*
12 *Orationis Dominicæ principium, & finis, cur altè & publicè pronuncietur.*

Biblioteca de Galicia

13 Credo post Pater noster quid impetret nobis.

14 Credo in hac hora cur secreto dicatur.

15 Preces cur genibus flexis ad Primam dicantur.

16 Vt quid preces tempore Paschali nũquam dicantur.

17 Dominus vobiscum, prædictis absolutis, vt quid subsequatur.

18 Benedicamus Domino in hora prima cur dicatur.

19 Ter Deus in Adiutorium meum intende cur dicamus in hora prima.

Prima, idest, Diurni Officij principium, quorsum instituta, institutumvè fuerit.

QVAESTIO I.

De hora Prima.

POST quam autem hucusque de Nocturnis tractauimus officijs; iuri cõsonum modum uidetur de Diurnis esse dicendum. Primum igitur de hac sancta hora prima, siue initio officij diurni sic fatur Rupertus Abbas. Prima hora Creatori nostro laudes

Lib. j. c. 2. de diuin. Offic.

Biblioteca de Galicia

des referre debemus ante omnem curam corporis, qua scilicet hora, Dominus noster iam consputus, & illusus, atque alapis cæsus, & adhuc sannis, & oppobrijs saturandus Pilato propter nos ligatus astitit. Item- Matth. 27
que rediuimus stans in littore, (cum captura piscium, à quibus rethia rupta non sunt, Ioan. 21.
significasset Ecclesiam, qualis futura esset in Resurrectione mortuorum) mellitum cum septem discipulis celebrauit conuiuium. Matth. 6.
Quia ergo primum quærendum est regnũ Dei, & cætera adijcientur nobis. Et in lege Exod. 13.
iubet Dominus, omne sibi primitium offeri; primam offeramus horam diei nostro Re & 23.
demptori; & quæramus regnum eius; qui Rom. 4.
passus est propter delictanostra; & resurrexit propter iustificationem nostram: hæc Rupertus. ¶ Durandus autem in hac parte Lib. 5. c. 5.
sic differt: In hora prima Deum laudare debemus: tum quia est initium diei; & nobis dedit noctem cum salute; & sine Sathanæ impedimento transire: tum quia tali hora
Christus à Iudæis Pilato traditus est; & etiã Matth. 27.
Angelus nunciauit mulieribus ad monu- Mar. 16.
mentum orto iam Sole veniẽtibus, eum resurrexisse: Eadem etiam hora uisus est in lit Ioan. 8.
tore maris à discipulis piscantibus. Tum Ioan. 21. Matth. 6.

Biblioteca de Galicia

quia eadem hora Dominus conueniebat in templo,& populus manitabat;ideſt, mane expectabat:uel,ideſt,mane ad eum feſtinabat.Tum quia ſcriptura ait.Primum quę rite regnum Dei : Meritò ergo Eccleſia in hac hora Dominum laudat;& eum inuocat dicens; Deus in Adiutoriũ meũ intende,cũ glorificatione,& inde petit liberari,& à perſecutionibus Mundi,& à tentationibus Diaboli,ut patet in hymno:Iam lucis orto ſidere.¶ At quid Iudocus?Iudocus præmemorata duorum prædictorum uirorum refert. ¶ Sed cùm uolueris ſcire; quam ob rem ſancta Dei Eccleſia in prima diei hora ; & circa Solis ortum,oret; illud memento , quod ſupra tractatu primo diximus,& tene menti ea,quæ ibi dicuntur.

Luc. 21.

Lib.2. de prima hora.

Quæſt. 7.

Cur hymnus Primæ inuariabilis ſit.

QVAESTIO II.

EST autem inſuper notandum, quòd hymnus huius primæ horæ nunquam mutatur,ob id,quoniam quolibet die liberatione præmiſſa: hoc eſt , à perſecutione Mundi:& à tentationibus Diaboli egemus libe-

Biblioteca de Galicia

liberari. ¶De Antiphonis dictum est supra tractatu secundo quæst. 21. cum seq.

Tres Psalmi Primæ cum Symbolo Athanasij, cur dicantur; quidq; ipsi indicent.

QVAESTIO III.

IN hac autem hora prima tres Psalmos cum Symbolo Athanasij exoluimus: quoniam in illis petimus in diurnis horis, & actibus seruari ab innocentibus, & liberari ab inimicis inuisibilibus, & uisibilibus; armariq; cingulo castitatis, galea salutis, & scuto fidei. Ex cōtinētia enim præcedētis hymni euidenter apparet, quam ob rem dicatur primus Psalmus, scilicet, Deus in nomine tuo saluum me fac: Orat si quidem in eo Ecclesia à periculis, & ab inimicis liberari. ¶In secundo ipsa se armat cingulo castitati contra hostes. ¶In tertio verò Psalmo se munit galea salutis, scilicet spe, cū dicit: Retribue seruo tuo &c. ¶At in Symbolo Athanasij armat se scuto fidei, cùm dicit: Quicunq; vult saluus esse &c. in quo fides nostra continetur,

Nota.

Ephes. 6.

1.Pet.5. tinetur,quę est scutum,& munimen nostrũ & uictoria contra carnem,Mundum,& Diabolum,& eius omnes tẽtationes; Vnde Petrus,cui,inquit,resistite fortes. ¶Quantum autem hæc fides prosit, habes in expositione hymni ad Laudes matutinas in sexta feria,de quibus omnibus uide ibi.

Cur ex prædictis tribus Psalmis huius horæ primæ,duo eorum sexdecim habeant versus, quidque illi indicent.

QVAESTIO IIII.

AB alto,hoc est, à capite iterum repetas:Et dicito ex tribus prædictis huius primæ horæ Psalmis, duos esse Psalmos, hoc est:Beati immaculati,&Retribue seruo tuo &c.qui ad hoc sexdecim constant uersibus : quoniam eorum duodecim uersus significant duodecim Prophetas minores,de
Nota. quibus quæ dixi in hymno primo Quadragesimæ,qui incipit,Ex more docti mystico, ac etiam de maioribus uide ibi fusius, alijs

uerò

Biblioteca de Galicia

uerò quatuor uersibus, quatuor maiores designantur Prophetæ, scilicet Hyeremias, Esaias, Daniel, & Ezechiel, uel ꝑ duodecim uersus, duodecī Apostoli, ꝑ quatuor verò, quatuor Euangelistæ annunciantur. Dicuntur ergo illi duo Psalmi ex sexdecim uersibus constituti, ut ostendatur, quod ea, quæ duodecim Prophetæ, & quatuor maiores, siue duodecim Apostoli, & quatuor Euangelistæ dixerunt, pro posse obseruare debemus.

Psalmus Confitemini, cur ad Primam dicatur.

QVAESTIO V.

ITEM in præmissis Dominicis dicitur ēt ad primam Psalmus Confitemini, ne aliquid de Psalterio prætermittatur, quin totum in septimana illud dicatur. ¶ Vel quia ibi, pręsertim in uersu illo, hæc dies quam fecit Dominus &c. agitur de Resurrectione, ad quam dies Dominici pertinēt. ¶ In Psalmo ergo, Deus in nomine tuo saluum me fac, petimus erroris depositionem. In Psalmo Confitemini, exhortamur ad laudis cōfessionem: in Psalmo, Beati immaculati, ad laudis

Melioratio.

Biblioteca de Galicia

laudis exhortamur operationem. In Psalmo, Retribue, monemur ad mandatorum
1. Ioan. 5. retributionem. Verùm, quia fides est fundamentum mandatorum, & uictoria, quæ uincit mũdum, quia cętera sine fide frustrãtur; ideò subditur Symbolum fidei; Quicũque vult saluus esse, ad eradicandum inualescentẽ hæreticorum perfidiam, & fidem catholicam diuulgandam.

Quid Capitulum nobis innuat.

QVAESTIO VI.

PER Capitulum autem, quod post Psalmos cantamus, gladius spiritus à sancta Dei Ecclesia sumptus significatur, hoc est; Verbũ Dei: Capitulũ enim, siue breuis illa lectio, ptinet ad doctrinã: oportet enim, ut prius præcedant bona opera, quæ per dictos Psalmos significantur: & demum sequa
Act. 1. tur doctrina de spiritualibus; ac secretioribus: vnde illud; Cœpit facere, & docere:

Responsorium Capituli prædicti quid.

Quæst.

Biblioteca de Galicia

QVAESTIO VII.

AD hæc post Capitulum sequitur Respōsorium: Christe fili Dei uiui miserere nobis &c. in quo sancta Dei Ecclesia ostendit se innuere, & applaudere ijs, quæ in illo dicta sunt: Orat nihilominus ipsa pro se, dicens postea: Exurge Christe: idest, fac nos exurgere: & exurgere nos à uitijs, nihil aliud est, quàm ad Dominum redire.

Cur post Capitulum, ac eius Responsōrium, preces dicamus.

QVAESTIO VIII.

PRECES autem hac hora prima post Capitulum, & eius Respōsorium exoluimus propter tria. Primo ad resecandas superfluas cogitationes. Secundo ad impetrādam misericordiam propter oues errantes, & operarios fatiscentes. Tertio ad postulandum auxilium contra tentationes, ut possimus in Dominica oratione patrem securius inuocare.

kyrieleison cur ter dicamus.

Quæst.

Biblioteca de Galicia

QVAESTIO IX.

Cõcil. Vasen. cap. 3. Tom. 1. c.

PRAETEREA dicitur terà nobis in præcibus Kyrieleison: ad notandum tres status diuinitatis, & maiestatis, quos in Ecclesia aliquo modo celebramus. Primus siquidem status fuit ante assumptam naturã humanam: quando uidelicet Trinitas inuocabatur sine copulatione humana naturæ; & dicebatur, Dominus, quia Dominus nomen illi. Secundus status fuit post assumptã humanitatem; scilicet, quando Christus uidebatur in terra; & nihilominus credebatur à suis Deus, & filius Dei propter enim assũptam humanitatem, quæ uncta est oleo spirituali, uocatur Christus. Tertius status fuit ex eo tempore, quo uoluit clarificari assumptam humanitatem plus quàm esset, quandiu mortalis erat, quia ergo in illa clarificatione ostensa est: & etiam demum Trinitas: Ideo dicimus ter in precibus Kyrieeleison.

Cur post kyrieleison dicamus Pater noster.

Quæst.

Biblioteca de Galicia

QVAESTIO X.

POST verò Kyrieeleison, Dominica sic sequitur oratio, in qua quidem septem sunt petitiones: propter quę habenda etiã septem dona Spiritus sancti, per quę merentes septem uirtutes, & per istas à septem uitijs liberati, ad octo beatitudines peruenia- Nota.
mus.

Cur Pater noster hic demissa uoce dicatur.

QVAESTIO XI.

HAEC autẽ oratio Dominica secreto in prædictis precibus dicitur, ut per hæc verba humilitatis, & orationis deuotio significetur. ¶ Vel ut quasi ad interiora reuersi ipsas res cum magna diligentia, mente capiamus, quas uerbis pronunciamus. ¶ Vel quia in ea Deo loquimur, qui non tã tũ uerba, sed renes scrutatur, & corda. ¶ Vel hoc fit ad notandum, quòd oratio ipsa potius habet efficaciam in deuotione cordis, quàm in clamore oris, licet enim Moysesad Dominum non clamaret ore; tamen Domi- Psal. 7. Hier. 21. Exod. 24.
nus,

Biblioteca de Galicia

nus, qui mãgis attendit clamorem cordis; quàm oris, inquit ei: Quid clamas ad me?

Cur principium, & finis huius sacratissimæ orationis altè, & publicè pronuntietur.

QVAESTIO XII.

EST nihilominus aduertendum, quòd prædictę sacratissimæ orationis principium publicè pronunciatur; ut per hoc manifestum principium populi Officio adstantes ad orandum inuitẽtur, ac magis incitentur. ¶ Pari modo eius finis altè pronũciatur, ut ab omnibus confirmetur: Et ut auxilio precum astantium, ac interessentium, Amen, respondentium à tentatione liberemur.

Quid per Credo post orationem Dominicam, impetrare nitimur.

QVAESTIO XIII.

POST autem Dominicam orationem, Credo in Deum Patrem immediatè recita-

Biblioteca de Galicia

citamus;quoniam in eo fides nostra continetur,quam ore ac uerbis ideò manifestamus hic,ut Deo placere possimus:Etenim si ne fide,inquit Paulus,impossibile est place re Deo : per quam contra omnia aduersa armantur illi,qui per dominicam orationē mundantur. Hebræ.a.

Cur secreto Symbolum in Prima dicatur.

QVAESTIO XIV.

ET aduerte,quòd hoc Symbolum Apostolorum,siue Credo,in Prima dicitur summisse:ac demissa uoce dicitur ad notandum,quòd corde creditur ad iustitiam, sed finis eius alta pronunciatur uoce,ad ostendendum,quòd ore fit cōfessio ad salutem. Doctor tamen Angelicus, hoc est diuinus Thomas Aquinas aliter huic quæstioni, & perpulchrè quidem occurrit, responditque dicens: Ad sextum,dicēdum est, quòd quia Symbolum Patrum est declaratiuum Symboli Apostolorum : & etiam fuit conditum fide iam manifestata : & Ecclesia pacem habente:propter hoc publicè in Missa can- Secunda secundæ q.1.ar.q.6.

Biblioteca de Galicia

tatur. Symbolum autem Apoſtolorum, quod tempore perſecutionis aditum fuit, ſi de nondum publicata, occultè dicitur in Prima & in cõpletorio, quaſi cõtra tenebras errorum præteritorum, & futurorũ. ¶ Poſt hæc Sacerdos, quaſi ſuſpirans dicit: Et ego ad te Domine clamaui. &c. iuxta illud Dauid: De profundis clamaui ad te Domine. ¶ Quia uerò nõ eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris: Quia pecatori dixit Deus: Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum per os tuum: ideò petit ſibi gratiam cõfitendi, quia repletus posſit dignè laudare dicens; Repleatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam &c. ¶ Subſequuntur etiam poſtea multæ preces, quibus Eccleſia obſecrat, orat, poſtulat, & gratias agit. ¶ Orat dum bona ſibi dari petit, ut ibi; Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innoua in uiſceribus meis. ¶ Poſtulat dum à ſe mala ſibi contraria remoueri petit, ut ibi, Dignare Domine die iſto ſine peccato nos cuſtodire. ¶ Gratias agit pro iam receptis, dum dicit; Benedic anima mea Domino.

Rom. 10.

Pſal. 94.
Eccleſ. 15.
Pſal. 70.
3. q. 6. §. Quod iuſtatur.

Preces cur genibus flexis dicantur.

Quæſt.

Biblioteca de Galicia

QVAESTIO XV.

DVM autem huiusmodi preces dicit Sacerdos in diebus ſcilicet, pro feſtis uel Aduentus Domini, uel Quadrageſimæ, uel etiam in Vigilijs ſe ad terram ideò proſternit, ut maiorem in ſe, & alijs excitet deuotionem. ¶ Vel ideò in huiusmodi pro feſtis diebus, & diebus alijs p̃dictis genua in dicẽdis precibus flectimus, ut noſtrã ſignificemus corporalẽ infirmitatem. Nã de puluere, & de terra ſumpti ſumus. Recordatus eſt, inquit Pſaltes, quoniam puluis ſumus: Et Eſaias: Et nũc Domine Pater noſter es tu, nos uerò lutum. ¶ Vel, ut animi noſtri infirmitatem mõſtremus, quoniam ipſi per nos non erigimur. ¶ Vel hoc fit ad noſtram erubeſcentiam, quia non audemus oculos in altum, hoc eſt in cœlum tollere, nec leuare. ¶ Vel, ut cordis contritionem indicemus. ¶ Vel, ſic nos proſtrati. & Chriſtũ adorantes, eum ad terram deſcendiſſe, & carnẽ de terra induiſſe credentes monſtramus. ¶ Vel quia reducimur ad memoriam: quia licet in Paradiſo creati fuerimus, corpora tamen noſtra propter lapſum noſtrum inter animalia bruta iacere, & animam corpo

De precibus quæ fiũt in hac hora prima.

Pſal. 102.
Eſa. 64.

Biblioteca de Galicia

rali mole indicamus. ¶ Vel hoc fit, ut ipso actu confiteamur nos esse peccatores, & terrenis desiderijs inhęrere, ideò uentrem terræ, & animam pauimento infigimus. Et hoc introductum fuit ab Abraham, qui cadens in Terram, Dominum adorauit, quem Prophetæ imitati fuerunt, hoc etiam docemur à Salomone, & à Paulo, dicente; Flecto genua mea ad patrem Domini Iesu Christi, ex quo &c.

Genes. 18
3. Reg. 8.
Ephes. 3.
c. decet de immunit. Eccles.

Vt quid preces non dicantur in tempore Paschali ad hanc horam, neque ad alias sequentes, neque in Pentecoste, neque in alijs sanctorum diebus festiuis.

QVAESTIO XVI.

SCIO tamen, quòd neque tempore Paschali, neque in diebus Pentecostes, neque in diebus sanctorũ festiuis, fit genuflexio in hac hora prima, nec per horas alias sequentes dicitur Kyrieeleison, nec Dominica oratio, sed stantes ferè semper oramus pro-

Biblioteca de Galicia

propter lætitiam resurrectionis Iesu Christi quam tunc recolimus. Similiter in Pentecoste recolimus libertatem per Aduentum spiritus sancti nobis datam. Pari modo in alijs festiuis diebus Sanctorum, à genuflexione abstinemus propter lætitiam ipsarũ festiuitatum, in quibus recolimus sanctam Societatem Angelorum & Sanctorum.

Prædictis absolutis quamobrem subsequatur salutatio, scilicet Dominus vobiscum.

QVAESTIO XVII.

VLTIMO subijcitur oratio, quàm salutatio, scilicet Dominus uobiscum, præcedit, & etiam sequitur: quoniam sicut Dominus postquam surrexit, salutauit Apostolos, dicens: Pax uobis: & postea locutus est eis: & post locutionem iterum dixit: Pax uobis. Ita Præsbyter eius Vicarius, postquã surrexit ab accubitu, salutat fratres, dicens; Dominus uobiscum, & pro eis orat. Et post orationem iterum dicit; Dominus vobiscũ, q.d. si gratiam Dei impetrastis, in illa perse Ioan. 20.

Biblioteca de Galicia

uerate Et iterum Populus dicit; Et cum spiritu tuo: ac si dicat, orasti pro nobis, & nos pro te oramus. ¶ De hac autem salutatione & Sacerdotis, qui orationem collecturus est, surrectione sic fatur Cassianus Eremi. Cùm is, qui orationem collecturus est è terra surrexit, omnes pariter surgunt, ita ut nullus, nec antequam inclinetur ille genuflectere, nec cùm è terra surrexit, remorari prę sumat, necnon tam secutus fuisse illius conclusionem, qui precem colligit, quam suam celebrasse credatur.

Ioannes Cassianus lib. 2. c. 7.

Cur in hora prima poſt ſupradicta dicatur Benedicamus Domino.

QVAESTIO XVIII.

De Benedicamus Domino.

NOVISIMO verò loco succlamamus prædictis absolutis: Benedicamus Domino: de quo nos supra in tractatu secundo quæstione sexagesima octaua fusius diximus. ¶ De preciosa in conspetu Domini, & mors Sãctorum eius, & de imploratione Beatæ Mariæ, ac sanctorum, quæ ibi post Benedicamus Domino, non est à me inuenta determinata ratio apud aliquem: Proinde

nec

Biblioteca de Galicia

nec ego hæc attingere audeo: quoniã quæ hic scribo, summulam esse uolo eorum, quæ à Ruperto, Iudoco, & Durando de mente Sanctorum Pontificum referuntur.

Cur ter dicamus: Deus in adiutorium meum intende.

QVAESTIO XIX.

DEINDE Sacerdos ad honorem Trinitatis orat generaliter pro se, & pro omnibus dicens ter, Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me festina. Vel dicitur ter Deus in adiutorium meum intẽde, &c. ut petat auxiliũ cõtra insidias diaboli, carnis, & mundi. ¶ Vel ad honorem (ut diximus) Trinitatis, & ideò subijcitur, Gloria patri, & filio, & Spiritui sancto. ¶ Cur autem ad Primam, loco psalmi, Confitemini Domino, in Septuagesima dicatur Psalmus; Dominus regnauit, dictũ est supra Tractatu tertio, quæst. quadragesima tertia. ¶ Cur etiam in Dominica Passionis, hoc est in Cęna Domini, & in illo triduo, in prima hora non dicamus Responsorium: Christe fili Dei viui: dictum est & in tractatu tertio, quæst. Sexagesima prima. ¶ Et cur

Nota.

Nota.

Nota.

Biblioteca de Galicia

ad Primam in Paſchate non fiant petitiones, obſeruationes, & poſtulationes, dictum eſt ſupra in Tractatu tertio, quæſtio. centeſima.

DE HORA TERTIA.

Tractatus Quintus.

SVMMA.

1 *In hora tertia cur Deum laudamus.*
2 *Rupertus Abbas quid dicat de hora tertia.*
3 *Hora tertia cur, non ſecunda appelletur, cùm primam ſubſequatur horam.*
4 *Capitulum cur poſt hymnos, & Pſalmos ſuccinamus.*
5 *Verſus Capituli quid.*

De hora Tertia.

Cur hora tertia teneamur Deo Laudes exoluere.

QVAESTIO I.

Lib. 5. c. 6 HORA tertia, inquit Guilielmus in ſuo rationali, Deo laudes exoluimus quoniam,

Biblioteca de Galicia

niam, secundum Marcum, Iesus linguis Iudæorum morti adiudicatus est; & à Pilato ad columnam ligatus est, & flagellatus. Meritò ergo, ait ille, hora illa oramus; ut sicut scilicet ab Adam per Diaboli suggestionem separatus est, ita per Christi crucifixionem dignetur eadem hora Spiritus sanctus in cordibus nostris infundi. ¶In hac etiam, inquit ipse, hora, repromissus Spiritus Sanctus, datus est Apostolis, & uisibiliter Dei magnalia loquebantur; Vnde in Actibus Apostolorum dicitur; Non enim sicut uos æstimatis, hi ebrij sunt, cùm sit hora diei tertia. ¶Hac etiam de causa dicitur Hymnus, Nunc sancte nobis spiritus &c. ¶ Dicitur etiam Psalmus, Legem pone mihi domine, quia tunc lex noua data est Apostolis.

Mar. 15.
Genes. 3.
Ioan. 14.
Act. 2.
De hymno, Nunc sancte nobis Spiritus.
De Psalmo, Legē pōne.

Quid de sanctissima hac hora tertia sentiat Rupertus Abbas.

QVAESTIO II.

HORA tertia, inquit Rupertus, duplici ratione splendet insignis, nanque hac hora Dominus Iesus spinis coronatus, & linguis Iudæorum crucifixus est, iuxta il

Lib. 1. c. 3.
Matth. 27.
Mar. 15.

lud

Biblioteca de Galicia

Psal. 56. Psal. 93. Io.19.&7. lud, Filij hominum dentes eorum arma, & sagittæ, & linguæ eorum gladius acutus, videlicet, quia Pilato iudicante illud admitti, firmauerunt sibi sermonē nequā, pertinaciter clamantes, crucifige, crucifige. ¶Et Spiritus sanctus in remissionem peccatorum non fuerat datus, antequam Iesus esset glorificatus super nascētem Ecclesiam in igneis linguis effusus est. Et impletum est discipulis promissum Domini dicentis: Vos autem baptizabimini Spiritu sancto non post Act.2.& 1. multos hos dies. ¶Quid verò dicat Iudocus de sæpe memorata benedicta hora, non est quòd in medium afferatur, ille si quidē dicit, quæ Durandus narrat. Non est tamen silentio hic prætereundus ille tantus, scilicet Ioannes Cassianus Eremita, qui sicut Ioannes Cassianus Ere. lib.3. cap.3. nouus, sed profectò grauissimus, iterum hìc Romæ apparet, ita etiam noua de horis tertia, sexta, & nona, ac grauissima profert. Ait enim ille; His enim tribus temporibus etiā Daniel 6. Danielem Prophetam quotidie fenestris apertis in cęnando, preces Domino fudisse cognoscimus. Nec immeritò hæc specialius tempora religiosis sunt officijs deputata. In his si quidem promissionum perfectio, & summa nostræ salutis est adimpleta.

Hora

Biblioteca de Galicia

Hora nanque tertia, repromissus olim per Prophetas Spiritus Sanctus super Apostolos in orationum officio cõstitutos descendisse primitus comprobatur. Nam cùm pro elocutione linguarum, quæ ab eis infusione Spiritus sancti profluebat, gens incredula Iudæorum, obstupescens pariter, & uidens, diceret eos musto repletos: stans Petrus in medio eorum ait, Viri Israelitæ, & qui habitatis Hierusalem uniuersi, hoc uobis notum sit, & auribus percipite uerba mea. Non enim, sicut uos æstimatis, hi ebrij sunt, cùm sit hora diei tertia, sed hoc est, qd dictum est per Prophetam Ioel, Et erit in nouissimis diebus, dicit Dominus, Effundam de Spiritu sancto meo super omnem carnẽ, & prophetabunt filij uestri, & filiæ uestræ, & iuuenes uestri scissiones uidebunt, & seniores uestri somnia uidebunt, somniabunt & cætera: quæ omnia hora tertia uidemus impleta, sanctique spiritus vaticinatum per Prophetas aduentum eodem tempore super Apostolos commeasse.

Ioel. 2.
Esai. 44.
Act. 2.
Ioel. 2.

Hæc

Hæc hora tertia cur non ſecunda appelletur, cùm primam ſequatur horam.

QVAESTIO III.

ROGET hic forte aliquis, dicens: quibus de cauſis non potius hanc horam quam tertiam horam appellamus (ſecundā horam uocemus, quam tertiam: ſed huic quæſtioni occurrit Iudocus dicens: Neque eam, quæ proximè ſequitur primam horam in deſignando tempore Eccleſiaſticorum Officiorum ſecundam appellare, quis rectè poteſt, tum quòd hic non eſt attendendus naturalis & continuus numerorū ordo, ſecundum quem ordinem, primo ſecundum ſubijcitur, ſecundo tertium, & tertio quartum: quemadmodum huiuſmodi ordo ſeruatur in ſupputandis horis horologiorum. Sed ſolum aduertenda eſt illarum horarum denominatio, quæ in ſacris litteris manifeſtius ſunt annotatę, & in quibus aliquod myſterium, aut ueteris, aut nouæ legis peractum legitur: Secunda ſi quidem hora neque in ſacris ſcripturis celebrata inuenitur,

Lib. 2. de hora canon.

Biblioteca de Galicia

nitur, neque in ea aliquod præcipuum, aut insigne redemptionis nostræ sacramentum memoratur fuisse completum. ¶ Eadem etiam ratione neque quarta, neque quinta hora, aut reliquæ continuato naturali ordine numerandi occurrentes hic, quæritandę sunt, aut nominandæ: quoniam hic non de horarijs temporum spacijs fit sermo.

Post dictos Hymnum, et Psalmos, cur Capitulum succinamus.

QVAESTIO IV.

DICTVM est supra à nobis paulò antè, propter quid hymnum: Nunc sancte nobis spiritus, dicatur in hora tertia. Pari modo cur Psalmũ; Legem pone mihi recitemus hac hora ipsa; nẽpè quia tunc lex noua data est Apostolis. ¶ Quoniã uerò homo ꝑ legem Dei à morbo peccati sanatur, iuxta illud Sapientiæ: Nec herba, nec malagma sanat eos, sed tuus sermo Domine: Ideò dicimus, Capitulum; Sana me Domine, & sanabor, saluum me fac, & saluus ero: quoniam laus mea tu es: quod desumptum est ex decimo septimo capite Hieremiæ Prophetæ.

De Capitulo Primæ.

Psal. 118.

Sap. 16.

Hiere. 17

Versus

Versus Capituli prædicti, quid.

QVAESTIO V.

RVRSVS quia homo non potest sanari nisi conseruetur: ideò sequitur Versus; Adiutor meus esto. q.d. quamuis liber, & sanus in uia tua sim constitutus: tamen non sufficio sine tuo adiutorio peruenire ad illum meridiem, de qua dicitur: Indica mihi ubi pascas, ubi cubas in meridie. ¶ Deinde subijcitur, Ne derelinquas me: idest, inceptum meum nè intermittas, quia sine te nihil est conatus meus, neq; despicias me: idest, ne contemnas, quod ego mortalis te æternum audeo quærere: quia tu es Deus meus, qui me creasti, & recreasti, salutaris meus, idest, qui sanas plagas peccati mei. ¶ Cætera, quæ circa hanc sanctam horam forent trutinanda, non obseruo: quoniã nec maiores nostri illa obseruauerunt: & si illi millies me peritiores non tetigere ea, cur ego, qui illorum dicta, non autem mei aliquid in medium afferre intendo propriæ pusillitatis, ac imperitiæ oblitus, Officium magnorum, grauiumque Doctorum subire contendam. Præterquàm quod etiã

Cant. 1.

ipse

Biblioteca de Galicia

ipse circa hæc breuitatis amator esse cupio, ne sic alijs tædio sim.

DE HORA SEXTA.

Tractatus Sextus.

SVMMA.

1 *Hora sexta ad quid instituta sit.*
2 *Guilielmus quid in Rationali de hac hora dicat.*
3 *Iudocus quid de hac dixerit hora.*
4 *Psalmus Defecit, ut quid in hac hora tertia dicatur.*
5 *Responsorium cur dicatur.*

Hora sexta ad quid instituta.

QVAESTIO I.

HORA sexta, Christus Dominus propter nos (ait Rupertus) in Cruce exaltatus est, ut ad se omnia traheret, & extīcto modico lumine Iudæorum, de quo ipsa lux uera dixerat; Adhuc modicum lumen in vobis

De Sexta hora.

Lib. 1. c. 4. de diuin. offic.

Biblioteca de Galicia

uobis est, currite, dum lucem uitæ habetis, ut non tenebræ uos comprehendant: corporalibus quoque super terram irruentibus tenebris lumen uerum transiuit ad illuminationem gentium.

Ioan. 12.
Ibidem.

Quid de hac sacra sexta hora intendat Guilielmus.

QVAESTIO II.

HORA sexta, inquit ille, pro nobis crucifixus, & clauis confixus est Christus, quare tenebræ super omnem terram factæ sunt, ut Sol in morte Domini sui lugens, se quasi nigris tegeret uestibus, ne illum crucifigentibus lumẽ præberet. ¶ Hac etiam hora in die Ascensionis cum Discipulis discubuit. Meritò ergo Ecclesia illa hora Deo laudes exhibet, gratias ei agens, quia pro ipsa Christus pati uoluit, propter quod ipsum diligit uehementer. Vnde in Cãticis, Nuntiate dilecto, quia amore langueo.

Guil. lib. 5. cap. 7.
Ioan. 19.
Nota.
Act. 1.
Cant. 5.
Iudocus

Quid Iudocus in hac sacra hora dicat.

Quæst.

Biblioteca de Galicia

QVAESTIO III.

DENIQVE quæ de hac ſalutari nobis hora memoret Iudocus, minimè ſilentio prætereundum cenſui: ait enim ſic; Porrò hora Sexta perſoluuntur Deo quotidianæ laudes in memoriam eximiæ illius charitatis, qua pro noſtra redemptione ea hora cruci eſt affixus: quemadmodum dicit Ioannes: Erat, inquit, paraſceue Paſchæ hora quaſi ſexta: & Lucas; Erat autem ferè hora ſexta, & tunc etiã ſubito obortæ ſunt (ut ait Matt. & Lucas,) tenebræ per uniuerſam terram ab hora ſexta uſque ad nonam, ut Sol pullus, & a ter ſuo lumine contracto, ſuum, & omnium uiſus fuerit eluxiſſe conditorẽ. ¶Rurſus eadem ſacra annotatur hora, qua Dominus noſter uolens oſtendere noſtræ ſalutis deſiderium, quo flagrabat, à muliere Samaritana aquam petiuit, & illi ſuæ ſalutaris doctrinæ (& per illam Samaritanis omnibus) fluenta communicauit, ſui cognitionem, quòd eſſet uerè Saluator mundi ipſis elargiens, atque ſub illorum typo ſe in ſexta ætate toti mundo per ſuſceptam carnis diſpenſationem benignius manifeſtans, Saluatoremque declarans. Non ſubticuit id di

Iudocus. lib. 2. de hor. cano.

Ioan. 19.

Luc. 23.

Matth. 27

Biblioteca de Galicia

Ioan. 4. uinus Euangelista, cùm ait; Erat autem ibi fons Iacob: Iesus autē fatigatus ex itinere, sedebat sic super fontem. Hora autem erat quasi sexta, uenit mulier de Samaria haurire aquam. ¶ Eandem deniq; beatissimus Petrus, orationi intentus, uisionem habuit, de populo gentium in vnum Ecclesiæ sinum per fidem congregando, cùm uidit lintheū descendens de Cœlo, plenum quadrupedibus, uolatilibus, & reptilibus, quemadmodum Acta Apostolorum testantur; Ascendit (inquiunt) Petrus in superiora, ut oraret, circa horam sextam. Ioannes autem Cassianus Eremita sic ipse quoque de hac sancta hora fatur; Hora autem sexta immaculata hostia, Dominus Noster, atque Saluator oblatus est Patri, crucemque pro totius mūdi salute conscendēs hummani generis peccata deleuit, & spolians principatus, & potestates traduxit palam, uniuersosque nos obnoxios, atque constrictos insolubili chyrographi debito liberauit, tollēs id de medio, & crucis suæ affigens trophęo.

Nota.

Act. 10.

Ioannes Cassianus Eremita. lib. 5. c. 3.

Psal.

Biblioteca de Galicia

Psalmus Defecit in Salutare tuum anima mea: propter quid ad hanc sextam horam dicatur.

QVAESTIO IIII.

De Psalmo, Defecit in salutare tuũ aĩa mea.

SED ad hanc sanctissimam sextam horam ideò recitamus Psalmum, Defecit in salutare tuum anima mea &c. quoniam propter Christum, qui passus est pro nobis, nos elanguentes, ut diximus, anima nostra in salutare Dei tendens, & illud sentiens, à terrenis ipsa deficit, & ex magno beneficio accepto, affligitur quasi ex dilectatione.

Vt quid Responsorium dicatur.

QVAESTIO V.

ET ob hoc etiam dicitur Responsoriũ, Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo supple: Quia dignatus est pati pro me, idest, pro salute animæ meæ.

Biblioteca de Galicia

In diuinum Officium

De hora Nona.

Tractatus, Septimus.

SVMMA

1 *Hora nona quorsum instituta, & cur in ea Laudes Deo demus.*
2 *Iudocus quid de hac sentiat hora.*
3 *Quid Guilielmus quoque.*
4 *Responsoria Dominicarũ, quomodo respondeant in Tertia, Sexta, & Nona conueniẽter Responsorijs ferialibus.*

Hora nona quorsum instituta, & cur in ea hora laudes Deo damus.

QVAESTIO I.

De hora Nona.

NONA quoque hora, ait eximius doctor Rupertus, iure in laudem Dei clamamus, quando clamans Dominus Iesus uoce magna emisit spiritum, latrone admisso in Paradisum; & uenia quamuis sero ueraciter pœnitentibus, & confitentibus: dedicata: & rescisso uelo legis, & Prophetarum, cępimus reuelata facie contemplare gloriam

Lib. j. c. 5. de diuinis Officijs.
Matth. 27
Luc. 27.
Mar. 15.
2. Cor. 3.

Biblioteca de Galicia

gloriam Domini. ¶Tunc etiam latere eius perforato, formandę Ecclesiæ profluxerunt sacramenta: sanguis, quo redimimur: aqua, qua abluimur.

Quid de hac sacratissima, & splendidissima hora Nona dicat Iudocus.

QVAESTIO II.

CLICHTOVEVS uerò hæc de hac celeberrima hora nona in medium affert, & ait; Demum hora nona quotidianis laudibus sancta Ecclesia Deum concelebrat in memoriam amarissimę mortis Domini, quam illa hora pro nobis perpessus: Nam ut sacri scribunt Euangelistæ, circa horam nonam, clamans uoce magna expirauit. Matth. 27. Ioan. 19. ¶Circa eandem etiam horam descendit ad inferna, ut sanctos inde Patres liberaret, & de principe huius mundi triumpharet. ¶ Denique unus militum circa eandem horam lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit sanguis, & aqua in remissionem peccatorum nostrorum. ¶ Eadem quoque ho

Biblioteca de Galicia

ra Diſcipuli Domini ad orationem conuenire ſunt ſoliti, quemadmodum Acta perhibent Apoſtolica de Petro, & Ioanne, quòd aſcendebant in Templum ad horam orationis nonam &c.

Quid de hac ſæpe memorata ſolenniq; hora nona referat Guilielmus.

QVAESTIO III.

HORA nona (ait ille) Chriſtus clamãs, emiſit ſpiritum. ¶ Mori enim uoluit pro homine illa hora, in qua homo de Paradiſo expulſus eſt. Et in eadem hora per mulierem, & lignum redemit, quos per mulierem, & lignum deceperat hoſtis, ut ars ante artem falleret, & medelam ferret: unde hoſtis læſerat. ¶ In Eadem quoque hora, Miles latus Chriſti aperuit, ex quo duo noſtrę ſaluationis Sacramenta, ſcilicet aquã baptiſmi, & ſanguinem noſtræ redemptionis nobis eduxit, & uelum Templi ſciſſum eſt, & monumenta aperta ſunt. ¶ Eadẽ hora inferna penetrans, ineſtricabiles tartari tenebras, ſerasque eius comminuens, captiuitatem

Lib. 5. ca. 8. in Rationali.

Ioan. 11.

Mar. 27.
Luc. 22.

Biblioteca de Galicia

uitatem Sanctorum secũ transuexit ad Cœ los, igneaque romphea submota, antiquum incolam in Paradiso restituit. ¶ Eadem etiã hora cætus Apostolorum ad orandum con uenire consueuit; & Petrus, & Ioannes ascẽ debant in Templum causa oronis. ¶ Petrus quoque eadem hora ascendit in Cœnaculũ oraturus, quãdo raptus est in extasim, & lin teolum plenum reptilibus de Cęlo ante se dimitti uidit, audiens; Petre macta, & manduca. Meritò igitur propter has prærogatiuas, hac hora Deum Ecclesia laudat, dicens psalmum, Mirabilia testimonia tua &c. Re sponsorium: Redime me Domine: orãs pro sua redemptione; ne oblita esse uideatur, quod tali hora redẽpta est. ¶ Cassianũ modò audiamus sic de hac ipsa quoque hora disserentem. Hora uerò nona, inquit ille, Christus Inferna penetrans, inextricabiles tartari tenebras coruscatione sui splendoris extinxit, portasque eius æreas effringens, ac seras ferreas conterens, captiuitatẽ Sanctorum, quæ clausa tenebris, immitis tenebatur Inferni, salubriter captam transuexit secum ad Cœlos, igneaque romphea summota, antiquum incolam Paradiso pia confessione restituit.

Iac. 45. Psal. 107.

Act. 3.

Act. 10.

Acceptorũ à Deo beneficiorum, memores esse debemus.

Ioannes Cassi. Eremita. li. 3. c. 3.

Biblioteca de Galicia

In diuinum Officium Responsoria Dominicarum quomodo correspondeant in Tertia, Sexta, & Nona conuenienter Responsorijs ferialibus.

QVAESTIO IIII.

SED priusquàm huic sanctæ, ac benedictæ horæ nonæ imponamus extremam manum, aduertere possumus, quòd Responsoria Dominicalia in tribus horis, scilicet, Tertia, Sexta, & Nona, cõuenienter Respondent responsorijs ferialibus, siquidem in responsorio feriali, nempe ad tertiam, quod est; Sana animam meam &c. petitur sanitas vulnerum, quæ præterita peccata fecerunt: Et in responsorio Dominicali, uidelicet, Inclina cor meum &c. Et in uersiculo: Auerte oculos &c. petitur cautela de futuris, quod fit in impletione diuinorum mandatorum. ¶ Item in feriali responsorio, scilicet; Benedicam Dominum in omni tempore. In Dominicali Responsorio fit iugis diuinæ laudis promissio: dicimus enim; Benedicam Dominum in omni tempore. In Dominicali Responsorio, scilicet, In æternum Domine &c.

fit

Biblioteca de Galicia

fit promissi impletio. ibi enim promittit se laudaturum, & sic laudat. ¶ Ad hæc in Responsorio feriali horæ nostræ præsentis Nonæ, scilicet: Redime me Domine &c. petitur redemptionis effectus: quo fit, ut uis mētis, idest, amor, sit directus ad Deum. Et in Respōsorio Dominicali, scilicet, Clamaui in toto corde meo, promittitur effectus pedis, id est, amoris, scilicet, clamor ad Deum ex amore: est enim clamor cordis.

De hora Vespertina.

Tractatus Octauus.

SVMMA.

1 *Veperæ ad quid institutæ sint.*
2 *Iudocus quid dicat circa hanc vespertinam horam.*
3 *Quid Rupertus quoq; referat.*
4 *Quinq; Psalmos cur cantemus in Veperis.*
5 *Vespertinum, & Matutinū Officium hæc duo cur cæteris horis in numero Psalmorum præferantur.*

6 In

Biblioteca de Galicia

6 *In Vesperis ut quid fiat sæpe Psalmorum mutatio.*
7 *Capitulum cur post Psalmos recitemus.*
8 *Hymnus post Capitulum quid.*
9 *Canticum Mariæ Virginis propter quid sic frequentetur in omnibus diebus ad Vesperas.*
10 *Magnificat cur cantetur in sexta Laude.*
11 *Mortuorum Officium cur non habeat secundas vesperas.*
12 *Sanctorum Officium habet primas, & secundas Vesperas.*

Vt quid hora Vespertina sit instituta ad dandum Deo laudes.

QVAESTIO I.

CATHOLICA Dei Ecclesia Christo in hac Sacratissima hora Vespertina, gratias ideò agit, quoniam ipsa primum eius sponsi Christi recolit aduentum; qui fuit, vergente mundi Vespere, idest, ultima æta te: Vnde Apostolus; Nos sumus, in quos fines sæculorum deuenerunt. ¶ Præterea Christus

1.Cor. 10

De pen. distin.3.c. sic enim.

Luc. 19.

Biblioteca de Galicia

Christus in Vespere de Cruce depositus fuit. ¶ Eadem quoque hora in Cœna Sacramentum corporis, & sanguinis instituit: pedes Discipulorum lauit: Discipulis eũtibus in Emaus in habitu peregrini in fractione panis se manifestauit. Matth. 27 Luc. 24.

De hac sacratissima hora Vespertina quid Iudocus, referat.

QVAESTIO II.

AMPLIVS circa hanc sacratissimam Vespertinam horam sic fatur Clichtoueus: Vesperas, inquit ille, dici plerique autumant à Vespere stella, quæ in crepusculo apparere solet, & diei extremitatem nunciare: quoniam circa declinationem diei, & finem officij celebrari est institutum; Et id quidem in memoriam depositionis Domini de Cruce circa illam horam à uenerabili, & pio Ioseph, atque Nicodemo, permittente Pilato factam. Etiam in recordationẽ institutionis sanctissimi Sacramenti Eucharistiæ, quòd vespere facto post manducationem Agni Paschalis typici coram Discipulis suis in ultima Cœna Dominus instituit, Luc. 9. Matth. 27 Exod. 12.

vt

vt perhibent Euangeliſtæ. ¶ Præterea circa eandem horam, duobus Diſcipulis euntibus in Emaus, apparuit Dominus poſt Reſurrectionem in ſpecie, & forma peregrini, qui ſcripturarũ interpretatione eos illuminauit, & demum in fractione panis ſe illis exhibuit cognoſcendum; Mane (inquiunt illi ad Dominum) iam eloquijs eius inflammati, nobiſcum Domine, quoniam aduesperaſcit, & inclinata eſt iam dies. Habes de Clichtoueo; Audi nunc alterum grauiſſimũ virum, & doctorem egregium circa hanc horam.

Luc. 24.

Quid de hac hora loquatur Rupertus.

QVAESTIO III.

PRAETEREA Rupertus Abbas hęc ſentit de ſæpedicta hora Veſpertina: nempe ait; Veſpere Dominus panem, & vinum aſſumens, & in ueritate ſui corporis, & ſanguinis repræſentans, ſuis portatus in manibus teſtamentum ſcribit ſuis hæredibus, humilitatem ſcilicet, & charitatem, lauando pedes Diſcipulorum maximè commendans.

Lib. j. c. 6. de diuin. offic.

Matth. 26

Luc. 22.

Heb. 9.

Ite-

Biblioteca de Galicia

¶ Iterumq; recumbens longi solennitate sermonis, amicis, & filiolis iam moriturus ultimum uale dixit. ¶ Item in Vespera specialiter; In Vespera nihilominus apparens uiuus, habitu Peregrini, cognoscitur in fractione panis: & hospitalia Discipulorũ corda iniecto suæ charitatis igne succendit: hæc, & alia multa ante: & post dicit in hora Vespertina, sed non omnia illa huc transferre uolui, ne lectorem tædio afficerẽ. ¶ Cassianus uerò ita de hac hora ratiocinatur. De vespertinis autem, ait ille, sacrificijs, quid dicẽdum est, quæ iugiter offerri ẽt in ueteri testamento lege Mosayca sanciũtur? Holocausta.n.matutina, & sacrificia uespertina cunctis diebus in templo, licet figuralibus Hostijs etiam ex eo probare possumus incesinẽter oblata, qđ à Dauid canitur; Dirigatur oratio mea sicut incensum in cõspectu tuo, eleuatio manuum mearum sacrificium uespertinũ: Quo in loco de illo quoque uero sacrificio uespertino sacratius intelligi potest, quod uespere, à Domino saluatore ornãtibus, Apostolis traditur, cũ initiaret Ecclesiæ sacrosancta mysteria, uequòd ipse die postero sacrificium vespertinum, in fine scilicet sæculorũ, eleuationem manuum suarum

Ioan. 13. Matth. 27

Luc. 24.

Biblioteca de Galicia

rum pro ſalute totius Mũdi oblatus eſt Patri, quæ extenſio manuũ eius in patibulo, ſatis propriè eleuatio nuncupatur. Oẽs enim nos in Inferno iacentes, eleuauit ad Cęlos, ſecundum promiſſionis eius ſententiam, dicentis: Cùm exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum.

Cur ſancta Dei Eccleſia in hac hora quinque cantat Pſalmos.

QVAESTIO IIII.

DICIT autẽ in hac hora Eccleſia quinque Pſalmos: Primo propter quinq; Chriſti vulnera, qui pro nobis obtulit ſacrificium in Veſpera mundi. ¶ Secundo ad correctionem; ut, uidelicet, defleamus, & petamus ueniam peccatorum, quæ in die per quinque ſenſus corporis & ad nos intrant. ¶ Tertio per ipſos quinque Pſalmos munit ſe Eccleſia contra nocturnales tribulationes: hæc enim hora inſinuat fletũ eorum, quibus occidit Sol iuſtitiæ: & ita ſunt Veſperæ illius; de quo dictum eſt: Ad Veſperam demorabitur fletus, qui durabit uſque ad Matutinum: id eſt, quouſque Sol fidelibus oriatur,

Nota.

Hora Veſpertina quid inſinuet.

Malach. 4

Pſal. 29.

Ibidem.

Biblioteca de Galicia

oriatur:qui occiderat peccatoribus; ſecundum quòd dicitur; Et ad Matutinum lætitia. ¶ Et propter eaſdem etiam cauſas pectus quinque digitis tundimus.

Veſpertinum, & Matutinum Officium hæc duo cur cæteris horis in numero Pſalmorum præferantur.

QVAESTIO V.

NOTANDVM nobis eſt, quòd Veſpertinum, Matutinumque officium cæteris horis in numero Pſalmorum ideò præferuntur; quoniam in ſenaria operum diſtinctione veſpere, & mane ſolummodo memorantur, & in ueteri lege Matutini, & Veſpertini Officij antiquitas commendatur. Vnde Pſaltes: Veſpere, & mane narrato, & annunciato &c. Pſal. 54.

Cur in Veſperis fiat mutatio Pſalmorum.

Quæſt.

Biblioteca de Galicia

QVAESTIO VI.

SED nec hoc omittendum est, scilicet, quòd in Vesperis cantantur Psalmi secundum materiam diei; ut Ecce. In septima die, scilicet, in Sabbatho propter Resurrectionem, quæ sequitur, agimus de uictoria, & laude Dei: Vnde in primo Psalmo, scilicet, Benedictus Dominus, ad litteram agitur de uictoria Dauid contra Goliam: quantum uerò ad spiritualem sensum de uictoria nostra. ¶ Quia ergo, post uictoriam nihil restat, nisi laudare Dominum, per quem uictoriam habemus: ideò sequuntur quatuor Psalmi, qui sunt de laude. In primo enim laudem promittit Ecclesiæ, Exaltabo te. In secundo se ipsum incitat; Lauda anima mea Dominum. In tertio alios inuitat, Laudate Dominum. In quarto congratulatur cœlesti Hierusalem, dicens: Lauda Hierusalem Dominum &c. & sic de alijs Ferijs & Psalmis dicito.

Nota.

Psal. 143.

Psal. 144.

Psal. 145.

Psal. 146.

At horarum, tẽporis vè mutatio circa Vesperas dicendas, hoc est, quare in Quadragesima dicantur Vespere ante prandium ferialibus diebus post nonalẽ Missam, hic in super dicendum est: Et quidem Dominus

Archi-

Biblioteca de Galicia

Archidiaconus Florentinus in capitulo Solent, de conſ. diſt. 1. huic noſtræ petitioni hanc dat reſpõſionẽ, videlicet; Quoniã ieiunium Quadrageſimæ maioris celebramus ad imitationem Chriſti: Et quia Chriſtus ieiunauit 40. diebus & 40. noctibus, nihil comedens, deberemus & nos toto illo tempore ieiunare nulla die, uel hora comedentes, ſicut & ipſe nõ comedit: & quia hoc nos facere non poſſumus propter defectũ naturę, ſaltem toto die ieiunãdo, uolumus eum modo, quo poſſumus, imitari: At quia inſtãte, & urgente famis neceſſitate, non poſſumus expectare ut finiatur dies, expectamus ſaltem, ut horæ diurnales finiantur, horæ ſcilicet, quæ in die ſunt celebrandæ, quarum ultima eſt Officium veſpertinũ. Completorium enim, quod ſequitur, licet deputetur huic diei, quaſi complẽs ipſam, non tamen decantatur in hac die, ſed poſt finem ipſius in principio ſequentis diei: quia ſecundum computationem canonicam à ueſpertino tempore incipit ſequens dies: ſed ſecũdum leges humanas à media nocte, quod idem uidetur: Athenienſes uerò ab Occaſu, Babilonij ab Ortu: at Arabes à meridie. 1. More romano. de feriis.

Q Cur

In diuinum Officium

Cur Psalmos sequatur Capitulum.

QVAESTIO VII.

Nota. SED quoniam exultatio sæpe negligentiã parit: iccircò post recitatos Psalmos cantamus Capitulum, seu lectionẽ, quod quæve homine reuocat ad cor.

Hymnus post Capitulum quid.

QVAESTIO VIII.

EST nobis aduertendum, quod hymnus cantatur post lectionẽ ideò à nobis; quia hymnus locum Responsorij, quod dicitur post lectiones, obtinet: Vnde ne omninò amittamus exultationem, & gaudiũ, hymnum statim post Capitulũ dulciter cõcinimus.

Propter quid continuè in omnibus diebus cantemus canticum Mariæ Virginis.

Quæst.

Biblioteca de Galicia

QVAESTIO IX.

De Magnificat aïa mea Domino.

IDEO autem Canticũ Beatæ Mariæ Virginis quotidie in vesperis dicitur à nobis, ut frequenter Dominicæ incarnationis, memoria animas fideliũ in opere Dei, & in doctrina se exercentium ad deuotionẽ operis incepti accendat.¶ In cantico enim ipso notantur cogitationes, sicut in Psalmis notantur opera. Si ergo diligenter Beatæ Mariæ actus, & dicta sæpe recolimus, obseruantia castitatis & uirtus operationis semper ad ipsius orationis imitationem perseuerabunt in nobis. Nec etiam nos mouebit fauor indebitus humanus: Non temporalium immoderatus appetitus. Non temporalis affectio. Non de impetranda demũ peccatorum uenia desperatio, nempè non nos mouebit fauor humanus: quia cùm Beata Virgo commendaretur à Beata Elizabeth dicente: Vnde hoc mihi, ut ueniat mater Domini mei ad me &c. Non ipsa Virgo Virginum mota fuit humano fauore, sed seruans humilitatem clamauit; Magnificat anima mea Dominum &c. Non mouebit nos immoderatus temporalium appetitus; quia dixit Dominus: Diuites dimisit inanes,

Luc. 11.

Nota.

Biblioteca de Galicia

depoſuit potentes de ſede, Non temporalis mouebit nos afflictio Deus exaltat humiles. ¶Vel ideò inde inoleuit cõſuetudo, ut in officio veſpertino cantetur canticũ Beatæ Mariæ Virginis, & potius in Veſperis, quàm in alijs Officijs.¶ Primo quoniam, ſecundum Bedam in Lucam. j. in ipſa ueſpera mundi, ſuo ſingulari aſſenſu mundo ſuccurrit perdito.¶ Secundo, quia per hoc fit incarnationis in ueſpera mundi factæ iugis recordatio.¶Tertio, quia ipſa eſt ſtella maris, quæ in huius mundi veſpere nobis lucere cępit, ſicut veſpera ſtella in initio noctis lucere incipit: De hac materia uide, quæ dixi in expoſitione hymni, Aue maris ſtella &c.¶ Vt mens noſtra per diem uarijs fatigata cogitationibus imminente hora quietis, ſcilicet noctis tempore, recolendo dicta Dei genitrix quicquid ſuperfluum, uel nociuum diurna euagatio contraxerit totum hoc precibus, & lachrymis ea intercedente mundetur.¶ Quinto, quia Virgo portauit Dominum in ueſpera mundi.

Luca. 1.

Beda in Lucam. j.

Nota.

Magnificat, cur cantetur in ſexta laude.

Quæſt.

Biblioteca de Galicia

QVAESTIO X

RVRSVS hoc sanctissimum canticum in sexta cantatur laude: quia Dominus in sexta uenit ætate, sicut & canticum Symeonis in septima, propter septimã ætatem quiescentium.

Mortuorum Officium, cur non habeat secundas Vesperas.

QVAESTIO XI.

MORTVORVM Officium incipit à Vesperis, non tamen habet secundas Vesperas, ad notandum, quòd hoc Officium finem habebit, quando animę saluandorum ab omni pœna liberatæ; æterna beatitudine fruentur.

Sanctorum Officium habet primas, & secundas Vesperas.

QVAESTIO XII.

SED Sancti, de quorum glorificatione in anima iam certa est Ecclesia, primas,

Biblioteca de Galicia

& ſecundas Veſperas habent. Primas enim habent pro glorificatione animæ iam percepta. Secundas pro glorificatione corporis quam habebunt, quæ nunquam finem habebit.

De Completorio.

Tractatus Nonus.

SVMMA.

1 *Completorium cur inſtitutum ſit ad dandum Deo Laudes.*

2 *Quid de hoc Completorij hora dicat Iudocus.*

3 *Quidq́ diſputet Durandus.*

4 *Completorium, ut quid incipiat præter morem aliorum Officiorum, & aliarum horarum.*

5 *Conuerte nos Deus ſalutaris noſtet cur in Completorio dicamus.*

6 *Gloria Patri ut quid poſt prædicta dicatur.*

7 *Pſalmi quatuor vt quid dicantur in hac hora.*

Pſalmus

Biblioteca de Galicia

8 *Psalmus. Qui habitat in adiutorio, cur in hac dicatur hora.*
9 *Psalmus In te Domine speraui, cur in hac hora habeat tantum sex uersus.*
10 *Psalmi cur in hac hora hymno anteponantur.*
11 *Hymnus huius horæ cur sit inuariabilis.*
12 *Canticum Symæonis cur in Completorio antemus.*
13 *Cantica Euangelia cur in Laudibus, Vesperis, & in Completorio concinamus.*
14 *Preces cur dicamus in Completorio.*
15 *Confessionem cur facimus in hac hora.*
16 *Regina cœli Antiphona, quomodo in vsu esse cœpit.*

Completorium cur institutum.

De hora Completorij.

QVAESTIO I.

RVPERTVS Abbas de hac Completorij hora loquens, ait; Hora Completorijs nobis illud commemorat de Passione Domini, quòd iam egresso Iuda pauere cœpit, & tædere, factusq; in agonia, prolixius orauit; & sãguineas guttas prostrato corpore sudauit, torcular tunc solus calcans: Et in

Lib. 1. c. 7. de diuin. Offic.
Mar. 14.
Luc. 22.
Nota.

Biblioteca de Galicia

Esai. 63. Ephes. 2. Ioan. 10. futuro sanguinem Martyrum pro se fundẽdum præfigurans. ¶ Itemq; illud de Resurrectione eius, quod priusquàm fecerat pacem inter Deum, & homines legatus fidelis, rediens euãgelizauit nobis stans in medio Discipulorum eius, & dicens eis; Pax vobis.

Quid de hac Completorij hora dicat post Durandum, Iudocus.

QVAESTIO II.

PORRÒ de hac sanctissima hora fatur sic Clichtoueus, dicẽs; Completorium uerò dictum putant, quòd in eo compleatur officium quotidianæ laudis, Deo ab Ecclesia exoluendæ: quandoquidem absoluto Completorio, nullum aliud superest illius diei peragendum Orationis sacrificium. hęc ratio placet; veruntamen senti alteram alterius uiri non spernendæ authoritatis, dicentis, quòd ideò Completorium dicitur: quia completis horis omnibus diei dicitur: Vnde hic non vult, ut hæc dictio, Completorium, ad officium referatur, sed ad tempus diei completum; quòd sumpserit nomen à

completis

Biblioteca de Galicia

completis horis diei: ſed hæc quæſtio, cùm nihil ſit momenti, hic finiat. Sequitur Iudocus; Celebrabatur autem & id in poſtremo loco in memoriam ſepulturæ Domini, quæ reuerenter, & deuotè illi exhibita eſt cum aromatibus; & syndone munda circa ipſius diei terminum; quemadmodum teſtantur Euangeliſtæ. ¶ Circa eandem etiã horam Completorij Dominus noſter, deuicta morte, rediuiuus Diſcipulis in domo ob metum Iudæorum clauſis ianuis apparuit, & ſuæ Reſurrectionis teſtimonia certiſſima in oſtenſione manuum, & lateris, manducatione, locutione, & cæteris argumentis præbuit; ut ſcribit Ioannes, dicens: Cùm ſero eſſet die illo una Sabbathorum, & fores eſſent clauſæ, ubi erant Diſcipuli congregati propter metum Iudæorum, uenit Ieſus, & ſtetit in medio, & dixit eis; Pax uobis. & Rupertus, & Iudocus in fine orationis ipſi conueniunt; Audi modo Durandum, à quo Iudocus fatetur tranſtuliſſe ab eo, quæ ipſe dixit.

Matth. 27.

Ioan. 20.

Quid circa hanc Completorij horam diſſerat Guilielmus.

Quæſt.

Biblioteca de Galicia

QVAESTIO III.

Luc. 2.

IN hora Completorij, inquit Durandus, Christus orauit Patrem. ¶ Eadem quoque hora sanguineas guttas sudauit. ¶ Et etiã corpus eius in sepulchro positum fuit, & custodes deputati: meritò igitur in hac hora, Ecclesia Deo laudes, & gratias agit; illam etiam in memoriam æterni gaudij celebrat. Completo nanque electorum numero, in illa hora completur gaudium electorũ in die generalis retributionis; & inde est, quòd Completorium significat gaudium.

Nota.

Dicitur autem Completorium, quia in eo completur cõmunis usus locutionis, cibi, potus, & aliorum, quæ necessario pro corporis sustentatione sumuntur; sed secundum hoc, significat finem uitæ præsentis.

Quam ob rem hoc Officium Completorij incipiat præter morem aliorum Officiorum, uel aliarum horarum.

Quæst.

Biblioteca de Galicia

QVAESTIO IIII.

AMPLIVS, inquit Iudocus, ipsius Cõpletorij Officium inchoatur præter morem cæterorũ ab eo uersu Psalmi octuagesimi quarti: Conuerte Nos Deus salutaris noster, & auerte iram tuã à nobis, ut per illum in fronte huius Completorię orationis petamus à Deo, si in diurnis actibus (qui iam propemodum sunt transacti, & completi) ab eo sumus auersi per culpam, & cogitatu maligno, uerbo, aut opere ipsum in die offendimus. Nos iterum ad se conuertat; animum nostrum ſęcularibus distractũ curis, ac terrenis occupatum negocijs ad se reuocet, & colligat, iramque suam, quam pro commissis in die peccatis meremur, à nobis benignus auertat, ac amoueat. Psal. 84. Nota.

Vt quid post Conuerte nos Deus salutaris noster &c. dicimus Deus in adiutorium meum intende; Domine ad adiuuandum me &c.

Quæst.

Biblioteca de Galicia

QVAESTIO V.

DIXIMVS ſupra rogantes Deum, ut auertat faciem eius à peccatis noſtris, & non ſecundum peccata noſtra faciat nobis Deus: & ne in furore ſuo arguat nos, ſed miſereatur noſtri, peccataque noſtra per penitentiam diſſimulet noſtram: quia poſt hac non peccare curabimus, immò nunc ſucclamamus, Deus in adiutorium meum intende: Domine adiuuādū me feſtina: Vt quod ſupra diximus: Conuerte nos Deus, referatur ad facta, & præterita peccata tollenda: At Deus in adiutorium meum intende, ad bona opera futura facienda, quia ſine adiutorio Dei quicquam boni facere non ualemus.

Gloria Patri, cur poſt prædicta ſucclamemus.

QVAESTIO VI.

QVIA uerò id omne quod agimus, totum ad laudem ſanctiſſimæ, & indiuiduæ Trinitatis faciendum eſt; ideo ſequitur Gloria Patri, & filio, & Spiritui ſancto.

Cur

Biblioteca de Galicia

Cur quatuor dicantur, in hac hora Completorij, Psalmi.

QVAESTIO VII.

DICVNTVR autem quatuor Psalmi in Cōpletorio, ad obtinendam remissionem peccatorum, quæ committimus dūsumus in hoc corpore ex quatuor elementis, & ex quatuor humoribus, uel complexionibus composito: seu quia corpus ipsum ex his compositum contra pericula, & phātasmata noctis munimus, & Deo commendamus; ideoque tunc dicitur: In manus tuas Domine commendo spiritum meum: & custodi nos. De celeb. Miss. c. In quadam.

Psalmus Qui habitat in adiutorio. &c. propter quid dicatur.

QVAESTIO VIII.

DICITVR, inquam, Psalmus Qui habitat in adiutorio altissimi &c. quia in eo promittit Deus liberare Ecclesiam à fure; hoc est, à diabolo, nocte incedente, & ideò nocte imminente dicimus illum, ut liberemur De Psal. Qui habitat.

Biblioteca de Galicia

beremur à quatuor tentationibus, ſcilicet; à timore nocturno, à ſagitta uolante in die, à negocio perambulante in tenebris, ab incurſu & demonio meridiano; ideſt, incurrente demonio.

Cur Pſalmus In te Domine ſperaui: qui eſt ſecundus, in hac hora habeat tantum ſex uerſus.

De Pſal. In te Domine ſperaui.

QVAESTIO IX.

AMPLIVS Pſalmus ſecundus huius horę, ideò ſex tantummodo habet hic uerſus, quoniam Dominus dicendo ſextũ uerſum, uidelicet; In manus tuas Domine cõmendo ſpiritum meum, ſexta ætate, ſextoque die carne obijt. Rectè ergo ſex uerſus tantum habet, eiuſdemq; Pſalmi in Cõpletorio cantamus, ut in hac ſexta ætate, in qua per eum redempti ſumus (ſicut habet finis ultimi uerſus ibi) redemiſti me Domine Deus ueritatis, confortemur dormitione eius; ut ſcilicet membra quieſcant, & cor uigilet, ſicut caro eius in ſepulchro quieuit, & diuinitas uigilauit. ¶ Vel pſalmus ſecũdus

Nota.

Pſal. 21.

Biblioteca de Galicia

dus ideò ſex hic conſtat uerſibus, quia dicitur Chriſtum in cruce pendentem incepiſſe illum Pſalmum: Deus Deus meus: & omnes Pſalmos ſequentes ſeriatim uſque ad dictum uerſum dixiſſe, & ibi finiuiſſe, & ſpiritum emiſiſſe. Pſal. 30.

Cur in hac hora poſtponatur Pſalmis Hymnus.

QVAESTIO X.

NOTANDVM eſt autē, quòd poſt Pſalmos ſtatim dicitur hymnus, ea forte ratione, quoniam per bonam operationem peruenitur ad exultationem.

Hymnus huius horæ, cur inuariabilis ſit.

QVAESTIO XI.

PORRÒ hymnus huius horæ ideò eſt inuariabilis, quoniam in illo petimus liberari à phantaſmatibus, qua liberatione ſemper egemus: ideò illum ſemper in Completorio recitamus.

Can-

Biblioteca de Galicia

Canticum Symeonis, cur in Completorio cantemus.

QVAESTIO XII.

De Symeonis Cantico. Luc.2.

CANIMVS autem in hac hora Canticum Symeonis, ſcilicet, Nunc dimittis &c. quòd eſt Lucæ, ut illius exẽplo pacẽ inueniẽtes, mereamur uidere lumen, quod eſt Chriſtus.

Cur cantica Euangelica, & in laudibus, & in Veſperis, & in Completorio dicantur.

QVAESTIO XIII.

HOC etiam non eſt ſilentio prætereundum, quòd ideò in hac hora, immo, & in laudibus matutinis, & in Veſperis, non autem in alijs horis, cantica euangelica cõcinimus: quoniam hæ horæ tres prædictę pertinent ad octauam, ideſt, ad Domini reſurrectionem: quia mane (iuxta illud, Exurgam diluculo) ſurrexit. In veſpere ſe Diſcipu

Mar.16. Luc.24. Ioan.20.

lis

Biblioteca de Galicia

lis manifestauit: In Completorio Discipulis ait: Pax uobis.

Preces cur dicantur in Completorio.

QVAESTIO XIV.

POST hæc dicuntur Preces, quibus etiã coutra noctis phantasmata nos munimus. ¶ Subijcitur etiam Symbolum, in quo nostræ fidei professio continetur, ut si forte nos mori contigerit, in cõfessione fidei moriamur, propter quod aut Symbolum, Apostolorum in hac hora Completorij dicamus, supradictum est. q. 14. trac. 4.

Nota ad quid dicatur Credo in Cõpletorio.

Quare faciamus in hac hora Confeßionem.

QVAESTIO XV.

QVOD prius debebamus dicere, non tædeat nunc audire, si quidem fit in hac hora (sicut etiã in hora prima) generalis confessiõ, quia alterna uoce nos inuicem emendamus: iuxta illud, Confitemini alterutrum peccata uestra, ne demus requiẽ

Nota.

Psal. 131.

Biblioteca de Galicia

temporibus nostris, donec inueniamus locum Domino.

De Antiphona Regina Cœli.

Regina Cœli, uel alia huiusmodi Antiphona quomodo in vsu esse cœperit.

QVAESTIO XVI.

NOVISSIMO loco notandum est, quòd cùm olim in alma Vrbe esset magna aeris pestilentia, Beatus Gregorius tempore Paschali ordinauit, ut imago Beatæ Mariæ Virginis, quæ in Ecclesia sanctæ Mariæ in Aracęli seruatur, quam Beatus Lucas pinxisse dicitur; processionaliter portaretur, & dum ante processionem reuerenter portaretur: Ecce tota aeris infectio, & turbulentia cedebat imagini fugiens: Tunc autem iuxta imaginem auditæ tres uoces dicuntur Angelorum canentium, Regina Cęli lætare alleluia: Quia quē meruisti portare alleluia, Resurrexit sicut dixit alleluia. Statimque Beatus Gregorius adiunxit: Ora pro nobis Deum alleluia. Quæ Antiphona ideò frequentatur hoc tempore Paschali. Et

Cassia col lat. 21. ca. 21.

dum

Biblioteca de Galicia

dum hanc recitamus Antiphonam, non curuamus genua, nec in totis etiam Pentecostes diebus in orationibus, quoniam in ipsis diebus inquit Cassianus collat. 21. cap. 20. nec genua curuantur, quia inflexio genuum uelut penitentię ac luctus indicium est. Cæterę Antiphonæ huiusmodi, quæ in fine Officij solent, secundum exigentiam temporum, uel Aduentus, uel Pentecost. & reliquorum genibus flexis dici, forte ex hac Beati Gregorij institutione sumpserunt exordium, & in Ecclesijs Dei post finem Officij concini.

De Sanctorum Festiuitatibus.

TRACTATVS DECIMVS.

SVMMA.

1 *Sanctorum Festa quibus de causis Ecclesia celebret.*
2 *Differentia Sanctorum quotuplex.*
3 *Latriam, aut sacrificiũ, an Sanctis debeamus.*
4 *Festiuitates quæ celebrentur per annum.*
5 *Festa Sanctorum, qui cum Christo surrexerunt, cur non celebremus.*

Biblioteca de Galicia

6 Octauæ Sanctorum cur ab Ecclesia celebrentur.

7 Festum Purificationis B.M.V. cur non admittat octauam.

8 Beatæ Mariæ Virginis quatuor adinuentæ sunt festa.

9 Petri Apostoli cur festa quatuor fiant.

10 Cur potius Pauli, quàm aliorum Sanctorum, conuersio celebretur.

11 Festum sancti Ioannis Baptistæ, cur duplex fiat in Ecclesia.

12 Festum omnium Sanctorum quibus de causis fuerit institutum.

13 Angelorum festum, cur solenniZet Ecclesia.

14 Angelorum festum unde habuit originē.

15 Mortuorum Officium ut quid institutū sit.

16 Officium prædictum unde sumpsit exordium.

17 Prædictum officium unde incipiat.

18 Officium Mortuorum cur careat Domine labia mea aperies: cur Deus in adiutoriū meum intende: cur Gloria Patri, & filio, & Spiritui sancto careat.

19 Officium Mortuorum cur potius feria secunda, quàm alijs diebus celebretur.

Mortui

Biblioteca de Galicia

20 *Mortui an sciant suffragia quæ illis facimus.*
21 *Suffragia eius, qui propter mortale peccatum in charitate non est, an prosint ei, qui in charitate decessit.*
22 *Anniuersarium si contigerit celebrari in die Dominica, quid agendum.*
23 *Quid aqua benedicta, quidq; Thus cadaueribus prosit.*
24 *Psalmi graduales ut quid frequententur in Quadragesima, et cur sint quindecim.*
25 *Psalmi pœnitentiales, cur recitentur à nobis in Quadragesima in die Veneris.*

Sanctorum festa quibus de causis Ecclesia celebret.

QVAESTIO I.

POstquam de diuinis Officijs in genere, atque Dominicis, & festiuitatibus ad Dominum pertinentibus in specie præmisimus, nunc haud inutile erit, ut de Officijs festiuitatum sanctorum aliqua in hac decima parte, seu tractatu subijciamus. ¶ Sanè Ecclesia sanctorum festa multis de causis celebrat. ¶ Primo ut eis uicem rependamus, quia celebrant festum de nobis: quo-

De Festis Sanctorũ

Luc. 15. Dist 1. qa tua.

Biblioteca de Galicia

niam gaudium est in Cœlo Angelis Dei,& animabus sanctis super uno peccatore pęni tentiam agente.¶ Secundo quia eos hono rando,rem nostram agimus; nam eorum fe
2.Cor.3. stiuitas nostra est; Vnde Apostolus: Omnia nostra sunt; nos autē Christi: charitas enim omnia com munia esse facit. ¶ Tertio, ut habeamus eos intercessores ꝑ nobis apud Dominū: vnde legitur, quod Bersabeę, quæ interpretatur Puteus facientis; idest Ecclesia triūphans, impetrauit filio suo regnum. ¶ Quarto ut eos imitemur, ꝑ eorum enim exēpla ad eorum imitationē prouocamur. ¶ Quinto propter augmentum nostræ securitatis,& spei subleuationem: si enim homines huius mūdi mortales, & nobis similes potuerunt: ita per sua merita sublimari & nos similiter poterimus: quoniā manus
Esai. 59. Domini non est abbreuiata. ¶ Sexto propter honorem diuinæ maiestatis, quam (illos honorando) in eis honoramus; & mirabilem prædicamus eū, qui ipsos sanctificauit. ¶ Septimo, quia Sanctorum dies,& anniuersaria in eorum honore nobis ad memoriam reducitur, propter nostram utilitatem, quoniam in eis honoramus Deum, ipsi nāque, cū sint perfectè beati, orationibus nō indi-

gent;

Biblioteca de Galicia

gent;quia eis ad uotum omnia ſucedunt: Immò iniuriam facit martyri,qui pro martyre orat. De celeb. Miſſ.c. cũ Marthæ.

Quotuplex ſit differentia Sanctorum.

QVAESTIO II.

EST autem quadruplex differentia Sãctorum noui Teſtamenti,quos per anni circulum colimus. Sunt enim Apoſtoli, Martyres,Confeſſores,& Virgines. Et hi ꝑ quatuor mundi partes ſignificantur:Per Orientem Apoſtoli:Per Martires meridiem: Per Aquilonem Confeſſores,Per Occidentem Virgines.¶ Sed hodie ſancta Romana Eccleſia ponit & quintam differentiam ſanctorum,nempè ſanctarum mulierum.

Vtrum alicui ſanctorum latriam; uel ſacrificium debeamus.

QVAESTIO III.

SED eſt aduertendum, quòd nulli ſanctorum latriam, uel ſacrificium debemus;ſicut enim feſtiuitates ſanctorum cele

Biblioteca de Galicia

Conc. Triden. sess. 22. c. 3.

brandæ sint;& in eorum memoriam altaria construenda, nulli tamen eorum uel Angelis, sed soli Deo sacrificare debemus. Nemo enim antistitum in locis sanctorum corporum adsistens altari dixit: Offerimus tibi Petre,& Paule, aut Cypriane, sed Deo offertur; de illorum victorijs gratias agẽs, eorũque patrocinia implorat, ut ipsi pro nobis intercedere dignentur in Cœlis, quorum memoriam facimus in terris.

Quæ festiuitates celebrentur per annum.

QVAESTIO IV.

De cõsec. dist. 3. c. 1. De fer. c. fin.

QVAE autem festiuitates celebrandæ sint per totum annum, patet ex Concilio Lugdunẽsi; in quo sic statutum est; Dies Dominici feriandi sunt a Vespera in Vesperam. Item festum Natalis Domini, Sancti Stephani, S. Ioannis Euangelistæ, Innocentium, sancti Sylvestri, Circuncisio: Theophaniæ, siue Epiphaniæ, Pascha cum tota præcedenti, & sequenti hebdomadibus: Rogationes cum tribus diebus, Ascensio Domini, Pentecostes cum duobus diebus

Biblioteca de Galicia

bus sequentibus, sancti Io. Baptistæ, duodecim Apostolorum, sancti Laurentij, Festiuitates Beatæ Mariæ: Omnes dies Dominici, Dedicatio sancti Michaelis, Dedicatio cuiuslibet Oratorij: festum omnium Sanctorum, Sancti Martini. ¶ Et illæ Festiuitates, scilicet Sanctorum canonizatorum, quas singuli Episcopi in suis Ecclesijs cum clero, & populo, decreuerint celebrandas. ¶ Reliquas uero festiuitates per annum non sunt cogendi ad feriandum populi, nec prohibendi.

Cur tempore Paschali non celebramus festa Sanctorum, qui cum Christo surrexerunt; vel cum eo Cœlos ascenderunt.

QVAESTIO V.

SED quæritur quare in tempore paschali non celebremus festa sanctorum ueteris Testamenti, qui cum Christo surrexerunt, uel cum eo Cœlos ascenderunt: debemus enim de illorum glorificatione gaudere, & solennizare sicut & de alijs sanctis, cũ

De pænit. dist. 1. c. sicut primi Nota.

certi

certi ſimus eos Cœlos aſcendiſſe? Reſpon. Quòd ideò non ſolennizamus feſta prædictorum, quoniam ad inferos deſcenderunt: ſolennizamus enim ſanctorum natalitia, quando uidelicet Cęlo nati ſunt, non quando Inferno. ¶Poteſt etiam dici, quòd de Glorificatione eorum in anima in Paſcha, uel ſaltem in Aſcenſione feſtare debemus. Sed non poſſumus, propter authoritatem officiorum, illorum dierum: Obumbraretur enim ſolennitas illorum authoritate maioris ſolennitatis: Quoniam ueniente Principe, ceſſat Magiſtratus. ¶Vel in dedicatione Eccleſiæ, in qua nouē Lectiones dicuntur, fit feſtum de illis, ſicut & feſtum Sancti Ioannis Baptiſtæ fit ad finem Auguſti: qui tamen circa Paſcha mortuus fuit, & feſtum Beati Iacobi Compoſtellæ in Iulio, qui tamen fuit tempore Paſchali occiſus. ¶Veruntamen feſta Sanctorum ueteris Teſtamenti, ut Abraham, Iſaac, Dauid, Daniel, & aliorum per Græciam, & apud Venetias coli dicuntur, & ibi habere Eccleſias.

Octauæ Sanctorum cur celebrentur.

Quæſt.

Biblioteca de Galicia

QVAESTIO VI.

SANE octauæ Sanctorum ideò celebrantur: quia sicut primus dies significat Natiuitatem eorum, scilicet, qualiter nascuntur Cęlo, & in societatem, & Sanctorum Patrum, quando animæ eorum a corporibus separantur: Ita in octauis recolentes Resurrectionem corporum, congratulamur Resurrectioni eorum.

De Octauis Sanctorum.

Gloss. in §. 2. instit. de Ingenuis.

Purificatio Beatæ Mariæ Virginis cur careat octauis.

QVAESTIO VII.

FESTVM autem Purificationis ideò octauis caret: (ferè enim semper Beatæ Mariæ Virginis festa cum octauis celebrantur) quoniam licèt Christus legaliter fuerit præsentatus in templo, nullus tamen Doctor nos coarctat, & infantes die Quadragesima Natiuitatis eorum præsentari in templo: Vnde sicut præsentatio puerorum ad templum secundum ueterem ritum defecit. (Quia hodie fit in baptismo) ita & huius festi purificationis octaua.

Nota.

Ad

Biblioteca de Galicia

In diuinum Officium

Ad quid quatuor adinuenta sint festa principalia Beatæ Mariæ Virginis.

QVAESTIO VIII.

De pænit. & remiss. ca. Nona.

INTER cunctos sanctos Dei genitrix Virgo Maria primatum obtinet, utpote, quæ est sanctis dignior, & excellentior uniuersis, in cuius honore Ecclesia in quatuor anni temporibus quatuor solennes celebrat festiuitates, uidelicet, Annunciationē: Assumptionem, Natiuitatem, & Purificationem. Omni enim tempore ipsam in memoria habere debemus, quæ omni tempore ad filium suum pro nobis peccatoribus intercedit. ¶Hæ autem quatuor festiuitates fiūt secundùm quatuor benedictiones, quæ in ipsius Virginis Salutatione continentur.

Nota.

¶Prima est: Aue Maria gratia plena; quæ primæ festiuitati competit, scilicet Annunciationi, quando uidelicet eam Angelus Salutauit, de Spiritu Sancto concepit, facta gratia plena. ¶ Secunda est; Dominus tecum: quæ competit Assumptioni: quando uidelicet assumpta est in Cęlum: Quia tunc

fuit

Biblioteca de Galicia

fuit cum Domino suo, idest filio, ut est Dominus, ante enim non uiderat Dominum ita manifestè in se. ¶ Tertia benedictio est: Benedicta tu in mulieribus: quæ competit Natiuitati: quia tunc nata est mulier in utero sanctificata. ¶ Quarta benedictio est: Benedictus fructus uentris tui; quæ congruit quartę festiuitati, scilicet, Purificationi: quia tunc obtulit illum benedictum fructum in templo, de quo fructu uide, quæ dixi in expositione primi Hymni festi Corpus Christi.

Cur quatuor festa Petri Archiapostoli fiant in anno.

QVAESTIO IX.

Petri Apostoli quatuor fiunt festa.

CElebrantur quatuor festa Petri Principis Apostolorum in anno, uidelicet festum Cathedrę Romæ: festũ ad Vincula, & festũ Passionis, propter multas eius prærogatiuas: Primo propter priuilegium: fuit enim præ alijs priuilegiatus, & ideo magis celebratur in authoritate; nam fuit Princeps Apostolorum: & claues regni Cœlorũ accepit. ¶ Secundo propter Officium: ipse

Matth. 16. & 17.

enim

Biblioteca de Galicia

enim Officium prælationis ſuper Vniuerſam Eccleſiam habuit.¶ Tertio propter beneficium, quia ipſe, qui poteſtatem ligandi, atque ſoluendi habuit, liberat nos à tribus generibus peccatorũ, ſcilicet cogitationis, locutionis, operationis.

Cur potius Pauli conuerſio, quam aliorum ſanctorum celebretur

QVAESTIO X.

PAVLI autem conuerſio potius, quàm aliorum ſanctorum celebratur ab Eccleſia. Primo propter exemplum, ne quiſque quantumcunque peccator, deſperet de uenia, quando tantùm in culpa conſpi
Act. 6. cit poſt modum talem in gratia fuiſſe.¶ Secundo propter gaudium, ſicut enim Eccleſia magnam habuit triſtitiam in eius perſe-
Act. 9. cutione, ita maximam habuit lætitiam in eius conuerſione.¶ Tertio propter miraculum, quod Dominus in eo oſtẽdit, dum de ſæuiſſimo perſecutore, fecit fideliſſimum prædicatorem.

Cur

Biblioteca de Galicia

Cur Ioannis Baptistæ festum duplex facit Ecclesia.

QVAESTIO XI.

QVONIAM inter natos mulierum nõ surrexit maior Ioanne Baptista, meritò Ecclesia celebrat festũ de illo, & facit ei duplex Officium, scilicet, natiuitatis & decollationis Celebrat autem eius natiuitatem propter Hystoriam, quoniam ipsa per Dominum de eo dicit per Angelum; & multi in Natiuitate eius gaudebũt. quod etiam propter Sarracenos dictum est, qui hoc festum celebrare dicuntur. ¶ Secundo propter allegoriam; & mysterium, quia per Ioannem figuratus est ortus gratiæ, quam nobis attulit Christus. Ipsum enim Ioannes præcessit in Annuntiatione, in Natiuitate, & prædicatione, & ad Inferos descensione. ¶ Tertio sicut Beata Virgo sanctificata fuit in utero matris, ita & ipse. Matth. 11

Festum Omnium Sanctorum, quibus de causis fuerit institutum.

Quæst.

Biblioteca de Galicia

QVAESTIO XII.

OMNIVM autem Sanctorum Festum institutum fuit tribus de causis: Primo propter omissorum Festorum suppletionem, non enim propter ipsorum multitudinem de omnibus specialiter festare ualemus. ¶ Secundo propter negligentiam in Festis, quæ celebrauimus. ¶ Tertio propter faciliorem orationum nostrarum impetrationem: facilius enim, quod petimus obtinebimus, si simul omnes intercedant pro nobis: quia impossibile est, ferè multitudinem non exaudiri.

Angelorũ Festum vt quid fiat.

Angelorum Festum cur facit Ecclesia.

QVAESTIO XIII.

ECCLESIA autem Angelorum Festũ facit duplici de causa. Prima nobis ministrant: omnes enim sunt administratorijs Spiritus Sancti in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis.

Hæbr. 1. Nota. Apoc. 12.

¶ Secunda ratio, quia pugnant pro nobis contra Angelos malos, nec permittunt nos tentari

Biblioteca de Galicia

tentari ſupra id, quod poſſumus: Vnde dicitur; Factum eſt prælium in Cœlo, Michael & Angeli eius pręliabantur cum Dracone: Huius enim belli princeps eſt Beatiſſimus Michael, & ideò fit ei feſtum: & quia eorũ, qui mittuntur, princeps eſt Michael, qui fuit Princeps Eccleſiæ Iudæorũ, modo eſt Princeps Eccleſiæ Chriſtianorum. Daniel.

Feſtum Angelorum vnde originem ſumpſit.

QVAESTIO XIV.

HOC autem Feſtum, quod eſt commemoratio victoriæ Sancti Michaelis inde originem ſumpſit: quia cùm Barbari depopularentur Apuleiam, Chriſtiani triduano ieiunio indicto Sancti Michaelis, auxilium implorauerunt, per cuius uiſibile patrocinium fuganter Barbari dederunt, & Chriſtiani uictoriam habuerunt. ¶ Vocatur etiam Feſtum reuelationis, quia in monte Gargano reuelatus eſt; de quo uide aliquid in expoſitione Hymni primi Quadrageſimæ, qui incipit; Ex more docti myſtico.

Biblioteca de Galicia

De Mortuorum officio.

Mortuorum Officium cur institutum.

QVAESTIO XV.

MORTVORVM autem Officium institutum ob id dicimus, quòd ipsi sunt in statu, ubi satis patiuntur, & ipsi per se nõ possunt operari, ac spiritualia per semetipsos habere nequeunt, ideò nostris orationibus enitimur illis suffragari: Vnde quemad modum ille, qui est in carcere positus, non potest se ipsum liberare, & absoluere, & negocia sua expedire per se ipsum: ut ambulando, petendo consilium, iura, uel exceptiõnibus utendo, uel non potest soluere, quia non est soluendo, & pauper; & nihilominus ualet ab altero extra carcerem posito liberari: puta soluendo pro eo: uel agendo id, quod ad eius absolutionem est necessariũ, ita spiritibus defunctorum per Missarum celebrationem, aliorumq; diuinorum exolutionem, precesvè Sacerdotum institutum est subueniri, eosque adiuuari, ac liberari posse.

De cõsec. distin. 2. c. Visum præt.

Hoc

Biblioteca de Galicia

Hoc officium pro spiritibus Mortuorum vnde sumpserit exordium.

QVAESTIO XVI.

PRAETEREA hoc officium Mortuorũ, initium habuit ex ueteri lege; mortuo enim Iacob; Ioseph, & alij fratres sui, cũ multis Aegyptijs attulerunt eum in Ebron, sed prius fleuerũt septuaginta diebus in Aegypto; & postea fleuerunt septem diebus in Archa Achad. Item legitur; quod mortuo Mose, fleuit populus Israel 30. diebus, & similiter fecerunt de Aaron. Item dicit Salomon; Luctus filij Sapientis mortui septem diebus; luctus filij stulti sempiternus: ideò in æternum morietur.

Genes. 50.

Deut. ult. Num. 20.

Eccle. 22.

Mortuorum Officium vnde incipiat.

QVAESTIO XVII.

ILLVD quoque notandum est, quòd officium Mortuorũ incipit à vesperis: postea sequũtur vigiliæ, in quibus, vt clarè patet in eodem officio, leguntur nouem Lectiones de Iob, incipientes: Parce mihi Domine: sed sine Iube Domine benedicere, & sine:

Mortuorum officium cur non admittat secũdas Vesperas.

Biblioteca de Galicia

ſine: Tu aũt Domine miſerere nobis. ¶ Hoc tamen Officium non habet ſecundas Veſperas propter illam cauſam, quã recitauimus ſupra in tractatu octauo, in quæſtione undecima, nempè: Quia hoc officium finẽ habebit, quando aĩæ ſaluandorum, ab omni pœna liberatæ, æterna beatitudine fruentur.

Cur in principio huius Spirituum Mortuorum officij non dicamus: Domine labia mea aperies; nec Deus in Adiutorium meum intende; nec Benedicamus Domino; nec Gloria Patri. &c.

QVAESTIO XVIII.

SED hoc quoq; haud omittendum eſt, quòd hoc Mortuorum officiũ ſine Domine labia mea aperies, in principio, & ſine Deus in adiutorium meum intende, & ſine, Benedicamus Domino, ac demum ſine Gloria Patri dicimus: quoniam hoc officiũ imitatur triduanam Chriſti ſepulturam, ſicut enim in illo triduo, ita & in hoc officio omnia laudis cantica ſubticemus, & ſolennitates quaslibet ſubtrahimus.

Cur

Biblioteca de Galicia

Cur hoc officium Mortuorum potius feria secunda frequentetur, quàm alijs diebus.

QVAESTIO XIX.

EST item nobis animaduertendum, q̃ hoc salubre mortuis officium in Aduẽtu Domini, & Quadragesima multũ in die Lunæ potius exoluitur, quàm cæteris diebus: quoniam (ut dicunt quidam) in prima hora refrigerium habẽt illi, qui sunt in Purgatorio; & statim in secunda feria redeunt ad pęnas, & laborem; ut igitur eorum subueniatur laboribus, officium pro illis, atq; Missa sæpè in secunda feria persoluitur, celebraturque. Durand. lib. 4. c. 1. num. 29.

Mortui an sciant suffragia, quæ pro ipsis fiunt.

Mortui an sciant quòd faciamus illi bona.

QVAESTIO XX.

SANE defuncti sciunt suffragia, quæ pro eis fiunt tribus modis, secũdum Augustinum: Primo per diuinam reuelationem, quando scilicet Deus eis reuelat. Secundo, Augustinus. In c. fatendum. 13. q. 2.

Biblioteca de Galicia

per bonorum Angelorum manifeſtationē: Angeli enim, qui hic ſemper nobiſcum adſunt; & omnes actus noſtros conſiderant, quaſi in inſtanti poſſunt ad eos deſcendere, & eis protinus nunciare. Tertio per animarum hinc exeuntium intimationem. Adde & quartum per experientiam, cùm uidelicet, ſe a pœnis ſentiunt releuari.

Suffragia eius, qui propter mortale peccatum in charitate non eſt; an proſint ei, qui in charitate deceſsit.

QVEASTIO XXI.

SI quærimus utrum ſuffragia per eū, qui eſt mortali irretitus peccato, defunctis facta, ualeant, & proſint ei, qui deceſſit, exiſtens in ſtatu gratiæ, poterimus reſpondere, quod opera quidē ſacramentalia, puta Miſſa, officium mortuorum, collectæ, & ſimilia per talē facta bene ualent, & defuncto proſunt: Quia illa ab operante non habent efficaciam, ſed a Deo, tum quia ille nō proprio nomine, ſed quaſi ſindicus totius Eccleſiæ, & omnium nomine hoc agit. ¶ Si uerò tanquam perſona priuata alia ſuffragia facit, aut

De ſentē. exc. c. Mulieres. ff. ſol. mat. l. qui mandato.

aut hoc agit alio enim nomine, aut ſuo proprio: Si alieno, ut quia defuncti, ſeu alterius in charitate exiſtentis iuſſu: de illius bonis elemoſinam tanquam myniſter pro eo facit, tunc quidem illi prodeſt: Quoniam is intelligitur facere, cuius mandato fecit: & qui mandat ſolui, ipſe ſoluere uidetur. Hinc eſt, quòd peregrinationis uotum ab uno emiſſum, alter eius iuſſu exequi poteſt. ¶ Si uerò priuato nomine; & de proprio quis pro illo elemoſinam dat, uel orat, uel ieiunat, uel aliter ſe affligit, quaſi communiter dicunt Theologi, quod talia in nullo proſunt: Nam legimus: Scimus, quia peccatores non exaudit Deus: ſed illud cæci, & non Euangeliſtæ fuit uerbum: Cùm multiplicaueritis orationes, non exaudiam.

De uoto. c. licet.

Ioan. 9.

Eſai. 1.

Anniuerſarium ſi contigerit celebrari in die Dominica, quid agendũ.

QVAESTIO XXII.

SI autem anniuerſarium Mortuorum cõtigerit in die Dominica celebrari, uel in aliqua ſolennitate, non debet mutari ad ſequentem diem, prout fit in feſtis Sanctorũ, ſed fiat in die præcedenti, ut citius occur-

Biblioteca de Galicia

Nota.

ramus pęnis defunctorum, quas in Purgatorio sustinent, Defuncti enim nostro indigẽt auxilio, & beneficio, sed non Sancti.

Aquæ benedicta mortuis proiecta quid operetur.

Quid Aqua benedicta, quidq; Thus cadaueribus prosit.

QVAESTIO XXIII.

ASPERGVNTVR autem cadauera fidelium aqua benedicta, quoniã aqua benedicta expellit Dæmones, qui eam ualdè timent, ne ad corpus eorum accedant: solent nanque multum desæuire in corpora mortuorum, ut quod nequiuerunt in uita, saltem post mortem agant. ¶ Thus uerò ad ea adhibetur propter fętorem corporis remouendum; seu ut defunctus Creatori suo acceptabilem bonorum operum odorẽ intelligatur obtulisse, seu ad ostendendum, quòd defunctis prosit auxilium orationis.

Psalmi graduales cur dicantur; & cur quindecim sint.

QVAESTIO XXIIII.

De Psalmis Gradualibus.

POstquam diximus supra cur Mortuorum Officium in die lunæ in Quadragesima

gesima multum frequentur, rationemque cur potius in die lunæ, quàm in cæteris diebus adduximus: Roget forsam modò aliquis, cur Psalmi graduales in die mercurij recitentur per Sacerdotes, & quamobrem quindecim ipsi sint; ad cuius petitionem multo plura forent ei dicenda, quàm dicturus sum: sed quoniam supra pollicitus sum, multitudinem eorum, quæ ab alijs dicuntur circa ea, quæ tractare ego decreui, in cõpendium, ac epitomæ redigere: ob id in responsione ero breuitatis amator. Attende igitur prudens lector: & ego præuio Domini nostri Iesu Christi fauore dicam. Thalmudistæ dicunt, quòd quando Salomon fodit fundamenta Templi, tanta abundãtia aquæ incepit emanare, quòd uoluit quasi submergere totam Ciuitatem Hierusalem, sed tũc Achitophel uir prudens scripsit semiforas, idest, nomen Tetragrãmaton in testa ollæ, & misit in aquam, adiurando eam, ut retrocederet, & sic aqua descendit uersus centrũ terræ per sexdecim millia stadiorũ, sed tunc dixerunt Sapientes, quòd hoc cedebat in maximum damnum Ciuitatis, quòd aqua ita esset profunda pro puteis fodiendis, sed tunc Achitophel iterum scripsit nomen semiforas

Eodẽ trac. q. 19.

Thalmudistæ.

miforas in alia testa ollæ, & misit in aliud profundum, adiurando aquam, ut ascenderet per quindecim millia stadiorum, quod sic factum fuit. Et tunc Salomon fecit fundamēta Tēpli in memoriam illorum quindecim stadiorum, quibus aqua ascenderet de abysso; & sic dicunt Thalmudistæ, quòd Salomon præcepit cantari hos quindecim Psalmos in ascensu illorum quindecim graduum in memoriam illius magni miraculi. ¶ Sed quantum ista positio sit ficta, & friuola, & irrisoria, & in se concludens mēdaciū & cōtradictionem cuilibet disposito, potest patere; & ideò aliter dicendum est, nempè quòd tota ædificatio, & dispositio Hyerusalem & illius templi fuit figura Christi, & Ecclesiæ militantis: & ex consequenti Ecclesiæ triumphantis; & ideò antequàm ædificaretur, fuit tradita ipsi Dauid à Spiritu Sancto descriptio, & exemplar totius Templi, & Tabernaculi, in qua intellexit omnia, quæ ibi erant descripta, & figurata; ut patet. j. Paral. 28. Et ideò sicut ordinauit Dauid, ita Salomon ædificauit Templum in monte Moria cum ascensu quindecim graduum secundū exemplar Templi sibi traditum. ¶ Ad cuius intelligentiam est notandum, quòd Adam

Nota.

Paral. 28.

Aduerte.

duo

Biblioteca de Galicia

duo damna generalia incurrit per peccatũ; Nam primo cecidit à dignitate, & felicitate, in qua erat de pręsenti, & à culmine gloriæ cœlestis sibi promissæ, si stetisset. Secundo fuit exul, & relegatus ab illo Paradiso terrestri, & factus peregrinus cum tota sua posteritate per hunc mundum miserabilem: Et ideò non pōt redire ad Patriã, à qua expulsus est, nisi peregrinãdo, & ambulãdo in lege Domini, ab ea nō deuiãdo, usquequo perueniat per Christum ad Hyerusalem, quàm perdiderat: & ad templum gloriæ unde cecidit. Sed cum peruenerit, & perductus fuerit ad uitæ suæ terminum, obseruando legẽ, adhuc restat, ut ascendat per quindecim gradus uirtutum usque ad templũ Gloriæ, à qua cecidit: & per quòd peccatum amisit: Et ideò sicut Dauid fecit psalmum, Beati immaculati in uia, qui ambulant: in quo denotatur tota peregrinatio huius mũdi, in quo homo mysticus peregrinatur ab Adam, usque ad Christum, & à Christo usque ad ultimum iudicium, siue finem uitę cuiuslibet hominis: Ita pariter Dauid fecit hos quindecim psalmos pro ascẽsu quindecim graduum Templi, per quos denotãtur, & memorantur quindecim gradus uirtutũ,

sine

Biblioteca de Galicia

ſine quibus nemo poteſt in Cœlum aſcēde re, nec gloriā amiſſam recuperare: oportet ergo per gradus, & merita uirtutum aſcendere in Cœlum: & hæc figurabatur per peregrinationem Iudæorū, qui erant in diſperſione: Nam ueniebant de Græcia, & de Italia, & de Agypto, & de cæteris partibus mūdi ad feſtum Hyeruſalem, & dum peregrinabantur per itinera dicebant pſalmum, Beati immaculati in uia, qui ambulant: & hoc per totum iter, ſed poſtea in aſcenſu Tēpli dicebant hos quindecim pſalmos; Vnū in quolibet gradu per ordinem procedendo. Sed omnia illis contingebant in figura: Vnde per totum ſpacium itineris prædicti à domibus ſuis, usque ad portas Hyeruſalē ſignificabāt totum diſcurſum legis ab Adā, usque ad Chriſtum, & Eccleſiam Euangelicam, ſed à portis Hyeruſalem, usque ad Tēplum, ſignificabant diſcurſum legis Euangelicæ, & fidelium, qui peregrinantur in Hyeruſalem, uel in Eccleſia Chriſti. Sed aſcenſus graduum Templi figurabat aſcēſum in gloriam cœleſtem: Et ideo fecit Dauid hos quindecim pſalmos appropriatos his quindecim gradibus Templi, ſecūdū ordinē uirtutum. Nā primus gradus appropriatur primo

Nota.

mo

mo gradui uirtutum, qui est recessus à mundanis. Vltimus memorat ultimum gradum uirtutum, qui est in quiete laudare Deum: & etiam dicit perfectionem gloriæ, quæ est iam in patria incessanter Deum glorificare, & benedicere: & ideò ultimus Psalmus dicit: Ecce nunc Benedicite Dominũ; & sic prudens lector per ordinem uirtutum potest facere diuisionem istorum quindecim Psalmorum. ¶ Et quoniam isti quindecim Psalmi possunt exponi tribus alijs modis, mysticè nempè, propheticè, & moraliter: ideò sancta mater Ecclesia omnibus istis tribus modis intendit cantare istos quindecim Psalmos, siue quindecim gradus. Primo pro Apostolis, & Discipulis, quia ascenderunt à Synagoga in Ecclesiam, & Tẽplum Christi relictis legalibus. Secundo pro omnibus fidelibus à peccato ascendẽtibus in statu gratiæ. Tertio pro Viris sanctis, & contemplatiuis ascendentibus à terrenis curis ad contẽplationem spiritualium; & ideò in diebus ferialib. olim Quadragesimæ dicebãtur quotidie, sed hodie in die tantũ Mercurij; hoc est, in feria quarta, ne nimium lassemur, exoluuntur; & facit tres sancta Ecclesia quinarios ex his quindecim Psalmis. Et primum Alia ratio

qui-

Nota. quinarium dicit pro defunctis, qui sunt in Purgatorio, ut absoluti à pęnis, citò ascēdāt in Cœlum: Et ideò dicit orationem Absolue. Secundum quinarium dicit pro pęnitentibus, ut ascendant à peccato in gratiam ꝑ pęnitentiam, & ideo dicit orationem; Deus cui proprium est. Tertium quinarium dicit pro iustis, & contemplatiuis, ut conseruentur in gratia, & perficiant in uirtutibus usquequo perueniant ad Gloriam: ideò dicit orationem; Prætende Domine famulis tuis & famulabus tuis &c. ¶ Vel dicuntur Psalmi graduales, qui sunt quindecim, quoniā, secundum Cassiodorum, septenarius numerus significat hebdomadam propter sabbathum ueteris testamēti: Octonarius uerò numerus Dominicum diem, in quo Dominū resurrexisse manifestum est: quòd ad nouū pertinet Testamentum; ideò & septem, inquit Durandus in rationali, & octo Psalmos illos recitamus, ut ostendamus, quòd utriusque testamenti præcepta obseruare debemus. ¶ Vltimo aduerte, quòd quemadmodum sancta Ecclesia totum Psalmum, scilicet Beati immaculati in uia, qui ambulant &c. dicit ad primam, tertiam, sextam & nonam pro peregrinātibus in mundo: Ita pari

Cassiod. in Psal. 119.

Psalmus Beati immaculati, cur ad primam dicatur.

ter

Biblioteca de Galicia

ter ad omnes horas Beatæ Mariæ Virginis dicit hos quindecim psalmos, eo quòd Beata Maria Virgo per hos quindecim gradus uirtutum meruit ascēdere super choros Angelorum ad cœlestia Regna.

Psal. graduales cur dicātur in officio Beate Mariæ Virginis.

Septem Psalmi pœnitentiales cur recitentur à nobis in Quadragesima in die Veneris.

De Septē Psalmis pœnitentialibus.

QVAESTIO XXV.

QVONIAM uerò homo sæpenumero cadit, & ægrotat, ob id à sancta nostra Matre Ecclesia nobis septem Psalmi pœnitentiales, uelut competens medicina, præstantur: Inde enim animarum nostrarum saluberima lauacra suscepimus: Inde peccatis mortui, reuiuiscimus. Inde lugētes ad æterna gaudia peruenimus. ¶ Penitentium autem primus Psalmus, sextus est à primo: sequitur deinde trigesimus primus, & trigesimus septimus, quinquagesimus, cētesimus primus, centesimus uigesimus nonus, centesimus quadragesimus secundus. ¶ Non autem credas incassum ad septenarium numerum fuisse hos pœnitentiū Psalmos perductos:

Psal. 6.
Psal. 31.
Psal. 37.
Psal. 50.
Psal. 101.
Psal. 129.
Psal. 142.

Biblioteca de Galicia

Cassiod. in Psal. 6.

ductos: quando & maiores nostri, inquit Cassiodorus, septem modis peccata nobis dimitti posse dixerũt. Primo per Baptismũ. Secundo per passionem martirij. Tertio per eleemosinẽ. Quarto per hoc quod dimittimus peccata fratribus nostris. Quinto cùm cõuerterit quis ab errore uiæ suæ. Sexto ꝑ abundantiã charitatis. Septimo per pœnitẽtiã. Addenda quoque Cõmunio corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi: cùm tamẽ dignè suscipitur. Inueniuntur & alijs fortasse modi remissionũ: Cõgruit. n. ut numerum supplicationis nostræ indulgentia diuina transcendat.

Gloria in Altissimis Deo. Et in terra Pax hominibus bonæ uoluntatis. At fidelibus Defunctis æterna requies &c.

FINIS.

Biblioteca de Galicia

Biblioteca de Galicia

Biblioteca de Galicia

Biblioteca de Galicia

Biblioteca de Galicia

Biblioteca de Galicia